cusserit fortiter aut remisse vel leuiter. Quando
importat tẽpus vt si in tẽpore sacro peccatum cõ-
misit aut nõ sacro. Istas circũstantias debes a cõ
fitente diligent̄ inquirere. q̄a confitende sunt. Et
maxime ille q̄ trahunt peccatũ in aliã speciẽ sicut
in fornicatiõe ꝛ adulterio. scȝ ad ligatam accede-
re. similiter stuprũ sicut deflorare virginẽ. ꝛ sacri-
legiũ est cognoscere mulierẽ benedictã vel sancti
monialem. ꝛ incestus cognoscere vxoris sue ꝯsan-
guineã vel suã. In furto etiã est sacrilegiũ ꝛ in do
lo pariuriũ. ꝛ huiusmodi similia alia pctã que tra-
hunt in aliã speciẽ pctĩ. Caueas tñ vt iam dixi ne
nimis descẽdas ad ꝑticulares circunstãtias pec-
catorũ carnaliũ. Similiter caueas ne ꝑsonã cum
qua ꝯfitens peccauit noĩare eũ cogas q̄ si eam no
minare voluerit ꝓhibeas. sȝ solũ inquiras de con
ditionibus ꝑsone generalibꝰ cũ qua peccauit Utrũ
sit ꝑsona ligata vel soluta. ordinata aut sacre reli-
gioni ꝓfessa ꝛ huiusmõi. ꝛ sic generalit̄ ne ꝑsonã ꝓ
priã agnoscas. ¶ P. Ut video se ꝑsona debȝ ac-
cusare in ꝯfessione solum ꝛ integre ꝯfiteri. S. Etiã
vt scias qualiter debeat confessio fieri cõditiones
per hos versus reperies. Sit simplex hũilis con-
fessio pura fidelis. Atqȝ frequẽs nuda discreta li-
bens verecunda. Integra secreta lacrimabilis ac
celerata. Fortis ꝛ accusans: ꝛ sit parere pata. Hu
ius autem expositio est hec. Sit simplex. id est sine
plica. vt nichil dicatur nisi quod pertinet ad q̄nti-
tatem peccati et qualitatem peccatoris. Humi-
lis. id est miserum se clamet penitens. Pura. scilȝ

cũ intentione recta. Fidelis. i. vera. Frequens: scz sepe fiat. Nuda: scz sine inuolutione aut obscuritate verborum. Discreta: scz maiora peccata dicat cũ maiori pondere. Libẽs. i. voluntaria. Verecũda. s. erubescendo de pctis et non iactando de bonis. Integra. s. ꝙ nichil celet qꝛ aliter absolui non posset cuz non fiat absolutio vnius peccati mortal sine alio. Secreta. s. ad forum penitentie vbi de occultis consciẽtie agitur. Lacrimabil ꝙtũ ad dolorem de peccatis ꝯmissis. Accelerata. scz vt statim confiteat̃ ⁊ non dilationem confitendi faciat. hoc tamẽ non est de necessitate precepti quoniã quilibet tenet̃ solum semel in anno de ratione precepti ꝯfiteri. s. in paschale: laudabile tñ est vt homo post lapsum statim ꝯfiteat̃ tam propter recuperandam gratiã quã amisit ꝙ propt̃ periculũ mortis, cuius certitudinẽ tẽporis non cognoscit. Fortis: scilicet vt propt̃ erubescentiam confiteri peccata non dimittat. Accusans: scilz seipsum ⁊ non aliũ. ⁊ sit parare parata qꝛ ꝯfitens debet sacerdoti in omnibus obedire ꝙtum ad ea que sunt in foro penitẽtie. Ecce igit̃ petre dixi de quibus confessio fieri debet: ⁊ quibus: ⁊ qualiter facienda sit

PEtrus. Quia post ꝯfessionem penitẽtis sequitur absolutio sacerdotis. Ideo de absolutione eius michi dicas. Et primitus. Utrum quilibet sacerdos in necessitate possit ab omibus peccatis absoluere penitentem. S. In casu necessitatis vbi de morte confitentis timetur. Quilibet sacerdos ab omnibus peccatis potest absoluere confitentem ab omni vinculo excommunicationis. In-

fungendo tamen prius et q si ad statum sanitatis peruenerit. et necessitas cessauerit. q adeat episcopum vel eius penitentiarium pro suscipiēda penitentia pro maioribus peccatis: pro quibus ei est remittendus. Similiter si excommunicatus fuerit q adeat iudicem ad satisfaciendum pro contumaciis & delictis. Alioquin si neglexerit in pristinam secundu3 bonifacium octauum retrudetur sententiam. vt habetur de senten. excom. & interdicti. Eos qui a sententia. ¶ P. Nunquid extra necessitatem quilibet sacerdos potest quēlibet absoluere & a quibuscunq3 peccatis. R. Non: quia licet potestas sacerdotalis que confertur in ordine se extendat q̄tum est de se ad omnia peccata remittenda. Uerumtamen ad vsum huius potestatis sequitur iurisdictio que iurisdictio a maioribus i inferiores descendit. Ideo potest superior aliqua sibi reseruare quibus iudicium inferiori non committit. Sunt autem quinq3 casus retenti a iure p quibus simplex sacerdos remittit penitentem superiori. ¶ Primus est quando imponenda est solēnis penitētia. ¶ Secūdus est de excōmunicatis a iure vel ab homine quādo inferior sacerdos nō potest absoluere. ¶ Tertius est quādo inuenit in penitente irregularitatem contractam pro cuius dispensatione debet eum ad superiorem remittere ¶ Quartus de incēdiariis est. ¶ Quintus ē quādo cōsuetudo est in aliquo episcopatu q enormia crimina ad terrorem episcopo reseruant quia consuetudo in talibus dat & aufert potestatem. huiusmodi autem crimina in his versibus continentur.

Qui facit incestū deflorans aut homicida. Trās-
gressor voti periurus sortilegusqꝫ. Sacrileg⁹ pa-
trū percussor vel sodomita. Et mentita fides faci-
ens incendia prolis. Oppressor blaphem⁹. here-
ticus. omis adulter. Clerū ꝑcutiens is adeat pre-
sulē. Istos casus solēt epi retinere. Sed in aliqui-
bus dyocessib⁹ ꝓpꝭ peccantium mltitudiuē ꝛ loco
rum remotionē. ꝛ scādali euitationē. Epi aliquorū
dictorū casuū curatis sacerdotibus ꝯmittūt. Etiā
secundū ꝯsuetudinē locorū absoluūt aquibusdaꝫ ꝛ
aqbusdā non. Unde bonū est casus reseruatos ab
epis sacerdotib⁹ agnoscere. qm̄ absoluentes a re-
tētis quib⁹ non possunt peccant: de his aūt casib⁹
supradictis papa retinet tres: scꝫ ꝑcussorem clerici
cū atroci iniuria. incendiarios ecclīarū ꝛ falsarios
litterarū papaliuꝫ. ¶ P. Expositionē dictorū ca-
suum michi dicas. R. Expositio eorū manifesta est
veruntm̄ aliqua tibi dicā. Incestus est ꝯcubit⁹ car/
nalis inter ꝑsonas eiusdē sanguis: sicut cū matre
filia: sorore: nepte: matertera germana: vel eiusdē
affinitatis. s. cum sanguinea vxoris ꝓprie vsqꝫ ad
gradū prohibitum. Et sicut causatꝛ ex parte viri in
cestus sic ex parte vxoris qn̄ cognoscitꝛ a cognato
viri sui. Deflorans. s. virginē quia virginitas ē sū
mum bonum ꝛ angelis ꝯparatur: ꝛ ei centesimus
fructus attribuitꝛ. Et ideo illicita defloratio vir-
ginis. s. extra bona matrimonii summū pctm̄ est ꝛ
dicitꝛ stuprū. Et ad hunc modum refertꝛ raptus qui
est violentia mulieris opressio. Homicida. s. volū-
tarius sicut insidiādo inuadēdo ꝯsilium auxilium
prebendo vel casu facto debitā diligentiā non ad

hibendo ꝓhibens non remouẽdo: seu rei illicite ex qua homicidiũ sequit operã dando. Transgressor voti.s. extra casuz necessitatis. Periurus corã iudice vel pluribꝰ: ex quo scandalum orit. Sortilegus diuinatores carminatrices demonũ auxiliuz inuocantes. ꝛ eis reuerentiaz facientes. Sacrilegus.s. auferendo rẽ sacram de loco sacro vel sacruz de non sacro vel nõ sacram de loco sacro. Ad hunc casuz refert violatio ecclͥarũ vel locoꝝ sacrorum scilicet violent hominem extrahendo crimen fornicationis vel sanguinis effusionẽ in eis perpetrãdo. Et similit monialem ꝛ bñdictam mulierẽ carnalit cognoscendo filiolam suã ꝛ ꝯmatrem. Patrũ percussor.s. voluntarie ratione vindicte vel iniurie vel illicitum faciendo. ex quo patris aut matris percussio sequit. Sodomita.s. hominis cum homine vel mulieris cũ muliere. aut cum muliere extra vas debitũ vel cũ bruto. Ad hunc modũ refertur ois mollicies carnalis procuratio per cõtactũ. Mentita fides cũ intentione fallendi decipiendi vel damnum iferẽdi vt in seruis apparet qui res dñoꝝ suoꝝ seruare debẽt similit vbi alteri preiudiciũ gñatur. sicut debitoribꝰ apparet vbi fidei promisse subuenire potest querẽdo soluẽdi dilationẽ. Ad hũc refert oĩe plurium perniciosũ. Faciẽs incendia domorum ecclͥarũ preter tamẽ casuz iusti belli. Prolis oppssor scz spõte. ꝛ ad hunc casum procuratio sterilitatis. ꝛ abortiuoꝝ ꝛ si fetus procreatus fuerit ꝛ formatꝰ in vtero vel in vẽtre homicidium est. ꝛ ad casũ homicidii refert eius destructio. Blasphemꝰ scz blasphemãdo deum ꝛ sanctos

Et similiter ad hūc casum refertur omnis ydola-
tria ⁊ demonum veneratio quia hoc ē blasphemia
in deum ⁊ heresis est. Hereticꝰ. s. contra deum fal-
sa sentiendo contra articulos fidei predicando do
cendo aperte vel secrete: ⁊ omnes factores ⁊ ꝯsen
tientes: heretici reputātur. Similiter ad hunc ca
sum refertur predictus casus scꝫ demonū venera-
tio ⁊ omnis ꝯtumelia creatoris Omnis adulter. s.
accedens ad thoꝝ alterius vel thorum violās illi
cito ꝯcubitu siue vir siue mulier. Clerū percutiens
s. aīo iniuriendi vel violentiā inferendo in se vel in
rebꝰ sibi ꝯiūctis vt vestimentis ⁊ hmōi. Et si atrox
fuerit iniuria aut enormis ad soluꝫ papā pertinet
absolutio. Sunt aūt plures ꝑsone que a suis prela
tis absolui possunt. Primo si ꝑcutiēs sit in articu-
lo mortis. Scđo si sit hostiarius alicuꝰ viri potē
tis. dū tñ ex ꝓposito vel odio clericū grauiter non
percusserit. Tertio si dñs percusserit seruum leuit
⁊ maxime qñ ꝓpē eius absentiā vel defectum dā-
num incurrit. Quarto si ꝑcusserit nesciens cleri-
cū esse. Etiā mulier clericū percutiens si sue pudi-
citie insidiat. Quinto si regularis regularē ꝑcuti
at: nisi sit excessus enormis. Sexto si percutiēs sit
pauper. Septimo si habeat inimicicias capitales
Octauo si ꝑcutiēs sit impubes senex: vel ipotens
in his casibꝰ possūt percutientes clericum absolui
a suis prelatis nō remittendo ad papā. Sunt autē
septē casus alii in quibꝰ percutiēs clericū excōmu
nicationē nō incurrit. Primus si percusserit causa
disciplinę vt magister vel prelatꝰ. Scđo si ex ioco
sa leuitate ꝑcusserit. Tertiꝰ si inuenerit eū turpiter

conuersantē vel agentē cū vxore: matre: sorore vel filia. Quart⁹ si statim vim vt repellat cū moderamine inchoate tutele. Quintus si ignoret eū esse clericū. Sext⁹ si inuenerit i apostasia post trinam monitionē ei factā. Septimus si cleric⁹ se trāsfert ad actus penitus cōtrarios. vt si fiat miles pugil: aut bigamus. etiam si furto deprehēdatur vel occiderit. In his casibus nec percutiens clericū sententiam excommunicationis incurrit: nec peccat.

¶ P. Quia excōmunicatio separat hominē a sacramentis. Dic quō in foro penitentie erga excōmunicatū sit agendū. an pri⁹ debeat absolui penitens ab excōmunicatiōe q̄ absoluatur a pctis. R. Prius debet absolui penitens a sententia excommunicatiōis ab eo qui habet potestatē absoluēdi eo q̄ excommunicatio separat hominē a sacramētis: q̄ absoluatur a pctis. nisi casus mortis emineat: i quo pōt quilibz sacerdos ab omni excōmunicatione et ab omni peccato absoluere vt dictum est: Tū ei iniungendū est q̄ sanitate recuperata ad iudicez ibit vt satisfaciat de emēda et ptumacia. Q̄ si recusauerit adire iudicē post sanitatē recupataz secundū noua iura. in pristinā sentētiam retrudet vt habet in. vi. li. de sen. excōi. eos qui a snia cano.

¶ P. Ad quē pertinet absolutio excommunicationis. R. Duplex est excōmunicatio. vna dicitur maior et alia minor. Absolutio maioris excommunicationis que lata est ab homie seu a iudice pertinet ad eū q̄ tulit sententiā excōicatōis aut p ei⁹ superiorē. Si vo excōicatio lata sit a iure tūc episcopus potest absoluere exceptis sex casibus. quos

De modo a[bsolvendi] penitentem :—

De excōica[tione]

sibi papa iuris ꝯditor reseruauit. Prim⁹ est quan
do aliquis iniecit manus violētas suadēte dyabo
lo in clericū vel religiosuꝫ. Secūdus est de illo qui
eccl'iam incēdit ꝛ est denūciat⁹. Tertius est de illo
qui frangit eccl'iam ꝛ est denūciatus. Quartus est
de illo qui scienter cōmunicat in diuinis excōmu-
nicatus nominaliter a papa. Quintus ē de illo qui
falsat litteras dn̄i pape. Sextus est de illo qui cuꝫ
excōmunicatis cōmunicat in crimine pro quo ex-
cōmunicati sunt. Nō debet eni absolui nisi ab eo q̄
eū excōmunicauit ꝛ si nō est ei⁹ subditus nisi pro-
pter difficultatē accedēdi ad ip̄m ꝛ sic absoluet ab
ep̄o vel a sacerdote ꝓprio p̄stita iuratoria cautiōe
ꝙ pareat mandatis iudicis illi⁹ q̄ tulit sniam aliogn
in eandē sniam retrudet vt dictū est i p̄cedēti arti
culo. Unde scias ꝙ ille qui participat cū excōmu-
nicato non crimine cum in sententia ꝯfortando ꝛ
ꝯsulendo vt obstineat sustinate maiorem excōmu
nicatiobem incurrit ꝛ non potest absolui nisi a iu-
dice qui tulit sententiam. Similiter qn̄ aliqs excō
municat a iudice cū suis pticipātib⁹/tūc participā
tes cū eo nō possūt absolui nisi a iudice q̄ fert sniaꝫ
nisi in casu necessitatis vt dictū est. Sciendū est tn̄
ꝙ bonifa. viii. ꝯfirmādo decre. Inno. iiii. ꝛ grego.
x. suoꝝ p̄decessoꝝ prohibuerunt vt nullus iudicū
excōicare presumat maiori excōmunicatione par-
ticipātes cū excōicatis in locutione ꝛ aliis casibus
quibus participās solum minorē incurrit/nisi mo-
nitione canonica premissa aliter non teneat sen-
tentia vt habet in ca. Statuimus. ꝛc. Constitutio
nem. ꝛ ce. Statuit de sententia excōi. li. vi. ¶ P.

Potest ne excommunicat⁹ absolui a iudice inui=tus. R. Imo. quia sicut excōmunicatio ferť ī aliū inuitū ita etiam potest absolui inuitus ꝛ manente excōicato in cōtumatia potest iudex qui excōica=uit discrete remittere excōicationez iuste latam si videat expedire saluti illius in quē excōicatio lata est. ¶ P. Nūquid ille qui est excōicatus pluribus excōicationib⁹ pōt ab vna absolui remanēte alia: R. Imo quia excōicationes cognitionē nō habent adinuicem: ꝛ ideo q̄ est excōicatus plurib⁹ excōi=catiōib⁹ potest ab vna absolui remanēte alia verū tamen quando aliquis est excōicatus pluribus ex cōicationibus ab vno iudice si absoluať ab vna in telligiť absolui ab omibus nisi ꝯtrarium exprima tur vel ex pluribus causis ꝛ diuersis sit pluries ex=cōicatus ab eodē. A diuersis vero iudicib⁹ excōi=catus si absolutus fuerit ab vno non est absolutus ab aliis nisi absolutio vni⁹ ꝯfirmeť ab aliis. ¶ P Quia excōicatio non infligiť nisi pro pctō nūquid pōt iudex absoluere excomunicatū a pctō pro quo tulit ꝯtra eum sententiā sicut ab excōicatione ab=soluit. R. Tua petre q̄stio potestatem clauium ec=clesie requirit. Ut autez scias quid q̄ris agnoscere debes scire eccľie clauem esse duplicē. Quaꝝ vna est clauis iuriditionis: ꝛ alia clauis ordinis. Cla=uis iuriditionis respicit ecclesiam militantē a qua indigni eiciunť ꝑ ptātem superioris: ad quos spe=ctat iuridictio. Et ideo superiores prelati hāc cla=uem iuriditionis hn̄t: ꝛ ad eos pertinet per excōi=cationē a perceptione sacramentorum ꝛ commu=nione fidelium, contumaces separare ꝛ eos ab ex

cōmunicatione absoluere. qꝛ vero sacerdotes. sicut electi. officiales. archidiaconi. ꝛ hmōdi habēt hanc iurisdictionē ꝛ clauē iurisdictionis. Ideo delinquentes ꝯtumaces pñt excōicare ꝛ ab excōicatione absoluere etiam excōicatos inuitos. Clauis aūt ordinis respicit ecclīam triūphantem: ꝛ habet dignos ad celū ordiare ꝛ idignos expellere. Ideo soli sacerdotes q̄ sunt mediatores iter deū ꝛ hoīez soli habent hāc clauē Et qꝛ per pctm̄ mortale eiicitur hō a regno celorū. Ideo absolutio mortalis pctī ad solos sacerdotes pertinet: qꝛ hmōi ordinis clauē hñt. Et scias φ nullus a pctō inuitus absoluit: licet inuit⁹ ab excōicatiōe absolui possit. qꝛ oē pctm̄: ex volūtate ꝯmittit ꝛ ꝓcedit. Et ideo sicut nō ꝯmittit pctm̄ nisi ex voluntate ita non remittit nisi ex volūtate scʒ vt sicut a nobis est ipetratuʒ volūtarie. ita volūtarie detestet a nobis. Et sic inuit⁹ nō absoluit a pctō aliqs. Sʒ ab excōicatiōe inuit⁹ pōt absolui vt dictuʒ ē ibi supra. Igit pʒ φ lʒ iudices pñt absoluere rōe iurisdictiōis ab excōicatiōe nō tñ a pctō. Et si dicas φ iudex sacerdos ab vtroqʒ absoluit. dico φ nō absoluit a pctō rōne q̄ iudex ꝛ rōne sue iurisdictionis. sʒ rōne q̄ sacerdos ꝛ φ hʒ clauē ordinis. Et qꝛ excōicatio nō fert in aliquē nisi ꝓ pctō. idō sēp post absolutionē iudicis ab excōicatiōe debet fieri absolutio a sacerdote pro pctō Et debet sacerdos laicis intimare qui ea nō cognoscunt. ¶ P. De absolutiōe maioris excōicationis ad quē spectat dixisti. Nūc de absolutiōe minoris excōicationis dicas. Utrū simplex sacerdos possit a minori excōicatione absoluere. S. Sic. sʒ vt sci-

as ex quib⁹ causeī minor excōicatio q̄ ꝓuenit par ticipātibus cū excōicat; maiori excōicatōe his ver sibus agnosces. Si pro delictis anathema quis ef ficiatur: Os. orare. vale ꝯmunio mensa negetꝫ. Os scz osculū dando. Orare. vt non oretꝫ cum eo. Uale scz non salutetꝫ. Cōio. vt non ꝯmunicetꝫ cū eo in sa= cramentis. Mensa negetꝫ. vt non comedatꝫ cum eo Uñ in his casib⁹ minorē excōicationē ꝑticipās in= currit. Et a simplici sacerdote potest absolui. vt di ctum est ibi S i ꝑticipās excōicetꝫ cum excōmunica to a iudice non pñt absolui nisi a iudice excōicāte Et similitꝫ participātes in crimine sustinendo ꝛ fa= uendo excōicatū in crimīe ꝓ quo est excōicat⁹ Ta lis ꝑticipās maiorē excōicationē īcurrit. vt ibi di= ctū est. ¶ P. Nūqd lꝫ cū excōicato aliquo aliquaꝫ participationem habere absqꝫ pctō. R. Licet casi= bus qui per hos versus designantꝫ. Hec anathema tibi soluunt ne possit obesse. Utile. lex. humile. res ignora necesse. Utile ponitꝫ. quia lꝫ excōicato lo= qui pro vtilitate ꝛ salute aīe sue. similitꝫ ꝛ alia ver= ba interferre vt familiari⁹ ꝛ facilius verba salutis sue recipiat. lex ad matrimonium refertꝫ qꝛ mulier tenetꝫ semꝑ viro obedire ꝛ ei debitū reddere scōm legē. humile ad subiectionē refertꝫ. quia filius te= netur obedire patri ꝛ seruire ei. Et loquitur hic de filiis non emancipatis. quia emancipati filii tene tur euitare patrem excommunicatum. Similiter seruus tenetur obedire dño in his in quib⁹ domio est obligatus. Nota tamen ꝙ licet vxor possit par ticipare cum viro excōicato. ꝛ fili⁹ cum pr̄e. ꝛ ser= uus cū dño. veruntamē si seruatur sententia in vi=

rum patrem aut dñm vxorē filios et seruos interdi
cto ecclesiastico supponēdo interdicti sunt nec ad
sacramēta recipiēdi res ignorata qñ ignorat sim-
pliciter ꝙ sit excōicatus. Necesse ad necessitatē vi-
te refertur quia pegrinis trāseuntibus per terraz
excōicatoꝝ licet eis cibaria emere cū non habeant
aliūde recursuz seu alibi nō recipiāt. Uel necesse re
fertur ad excōicatū cū in articulo necessitatis exti
tit quia tunc subuenitur nature. Ad primū etiā ca
sum. scz. vtile vt dicūt quidā repetitio debiti refer-
tur qr repetiti debiti ab excōicato potest fieri quia
sic monetur ad salutez suā cum ad satisfactionem
suā monetur. Similiter omnes casus ꝯsimiles ad
ipm referunt. Igit vides petre ꝙ prius absoluēdus
est excōicatus ab excōicatōe a iudice/ꝙ a sacerdo
te a pctis. Et quō ꝑticipādū sit cū excōicato et quō
nō. et ad quos ꝑtinet sententiā excōicationis ferre
qui. scz habēt clauē iurisdictiōis ordinariā vel dele
gatā. Epi tñ auctoritate ꝓpria clauē iurisdictiōis
ordinariā habēt i suis diocesibus et excōicare aucto
ritate ꝓpria possunt. Sacerdotes vero prochia-
nos excōicare non possunt nisi ex commissione eis
specialit facta/aut in casibus certis sibi a iure cō-
cessis scz furto rapina et huiusmodi. De duplici igr
excōicatōe dictū est. scz maiori et minori/q̄ licz vere
seҏet hoiem a sacramētis et a sacramentoꝝ cōione
nō tñ vtraqz a cōione fidelium et ꝯsortio qr maior
solum a ꝯsortio fidelium separat et nō minor Et de
minori pōt simplex sacerdos absoluere. ¶ P.

Quia. In sacramento penitentie post confessio
nē et absolutionē sequit satisfactio. ideo de mō

satisfaciendi michi dicas. Et primo si sacerdos de
beat tantaz penitentiam iniungere q̃tam meruit
peccator in peccando. R. Ad iniungendã peniten
tiam penitenti non potest sacerdos totã peniten-
tiã iniũgere petenti que pro peccatis mortalibus
requiritur. qz in hac vita expleri non posset. Simi
liter qz scd̃m q̃titatem ↄtritionis etiam pena ↄdi-
minuit quaz sacerdos non agnoscit. Ideo dicit q
penitẽtie sunt arbitrarie. scz ad arbitrium sacerdo
tis q discrete ↄsiderat ↄditiones penitentiũ ꝛ possi
bilitatem. Unde ꝛ si tota penitentia non soluatur
in hac vita que pro pctis debetur in purgatorio ex
purget ꝛ soluetur post hanc vitam. qm̃ reatus pe-
ne tẽporalis semper post ↄfessionem remanet ad
quẽ fuerat obligat⁹. Similiter non oportet q sa-
cerdos iniũgat penitentiã semper q̃ de iure ↄstitu
ta est ꝑpter necessitates personarũ. sz vt dictum est
ad eius arbitriũ discretũ est iponenda ¶ P. Nũ-
quid infirmis iniũgenda est penitẽtia. R. Non qz
si illis iniũgeret penitẽtia: ad illã tenerentur quã
facere aut ꝑficere nõ possent. ideo est eis innotes-
scenda ꝛ nõ iniungenda. Uñ innotescẽdum est eis
vt doleant de pctis ꝛ ↄsolentur de mĩa dei. ꝛ q per
amicos ꝓcurent elemosines ꝛ orões ꝛ hmõi pro
ꝑpis fieri. Similiter q habeant ꝓpositũ abstinẽdi
a pctis si de infirmitate conualescerint aut resur-
gant. ¶ P. Nũquid potest vn⁹ pro alio satisface
re. R Ad euidentiã tue q̃stionis scias duplicem eẽ
effectũ satisfactionis. Prim⁹ est excisio causarum
sequẽtium peccatorum. ꝛ isto modo penitentia est
medicina quedam ad euitandum peccatum. sicut

ieiuniū ꝛ peregrinatio domat corpus penitentis ꝛ attenuat vt amplius in illud peccatū non cadat ꝛ isto modo non potest vn⁹ pro alio satisfacere. quia ꝑegrinatio ꝛ ieiuniū vnius nō domat corp⁹ alterius. Secūd⁹ effectus penitētie est solutio debiti peccatorū precedētiū quo penitēs fuerat obligat⁹ post ꝯtritionē ꝯfessionem ꝛ absolutionem. Quantū ad hoc vnus potest satisfacere pro alio ita tn̄ ꝙ ille ꝓ quo alter satisfacit sit in caritate ꝛ gratia. ꝛ ꝙ habeat aliquem defectum propter quem satisfacere nō possit. Nec satisfactionē facere quē alius ꝓ eo facit quia si ī peccato mortali fuerit satisfactio ab alio pro eo ei non prodest ꝛ si potens fuerit debet pro seipso satisfacere potest tamē ab alio adiuuari ¶ P. Nūquid indulgētie ꝓsūt penitētibus ad solutionem pene ad quam penitens est pro peccatis obligatus. R. Scias ꝙ penitens est ad maiorē penā obligat⁹ ꝙ̄ sit illa que a sacerdote ei iniungitur que in purgatorio expurgāda est ꝛ quia indulgentie ex merito passionis xp̄i ꝛ sanctorum ꝯcedūtur tm̄ valent ꝙ̄tum predicantur. Ideo debito illius pene penitentē absoluunt ꝛ diminuūt eam penam Scias etiam ꝙ ad hoc ꝙ indulgentie valeāt quatuor requirūtur videlicet duo ex parte suscipiētis ꝛ duo ex parte dantis. Primo ex parte dantis requiritur potentia ꝛ hoc pertinet ad clauē iurisdictionis: ꝛ ad superiores pertinet. scilꝫ ad papam ꝛ ad ep̄os qui habent dispensationē thesauri eccl'ie. scꝫ meriti passionis xp̄i ꝛ sctōꝝ. Secundo requiritur causa rationabilis dandi. scꝫ. vtilitas ecclesie. ꝛ hoc pertinet ad clauem scie. Unde pro vtilita-

te ecclesie ꝛ veneratione sctoꝝ sunt dāde indulgen
tie. Et sic ista duo .scꝫ auctoritas ꝛ vtilitas ecclesie
requiruntur. Et quia papa pleniorē potestatē habet
super thesaurū ecclie ꝛ alii prelati limitatem. ideo
solus papa plenariā potestatē habet dandi indul-
gētiam. Epi vero scdm eius ꝯfessionem. Ex parte
vero suscipiētis similiṫ duo requiruntur. scꝫ idonei
tas ꝛ dispositio suscipientis ꝙ sit in statu gratie et
sine pctō mortali. Scdm est deuotio ꝛ fides ad im
pletionē eius ꝙ per indulgētiā denotaṫ. Ista ergo
quattuoꝛ de necessitate ad hoc ꝙ indulgentie va-
leant debēt ꝯcurrere: ꝛ si vnum defuerit indulgen
tie nō valent. Sic patꝫ quod indulgentie valeant
penitentibus ꝛ ꝯfessis: ad diminutionem pene de
bite pro peccatis.

¶ De modis satisfaciendi.

Petrꝰ De modis aliis satisfaciēdi michi dicas
Quot sūt ptes satisfactōis qbꝰ penitētie sūt i
iūgende. H. Tres ptes satisfactōis sūt. scꝫ oratio
elemosina ꝛ ieiunium. Quia penitētia vt dictū est
nō solū est satisfactoria ꝓ pctis p̄teritis sed est me
dicina ꝯtra futura pctā. Ideo ꝯueniēs videtur vt
talis penitētia iniūgatur q̄ sit remediū ꝯtra futu-
roꝝ occasiones pctoꝝ. Ideo ꝯtra xbosos ꝛ vaga
bundos orationis penitentia īponatur. quia oro
eleuat mentem in deum ꝯtra gulosos ꝛ deliciosos
ieiunii penitentia detur. quia ieiuniū sanat pestes
corporis. Contra auaros ꝛ ambiciosos penitentia
elemosine donetur vt sic ꝯtraria ꝯtrariis curētur.
Ad orationem vero pertinent omnia opera spi-
ritualia. Ad elemosinā omnia opera misericordie

De modo

ad ieiunium omnia carnē affligentia sicut vigilie peregrinatiões discipline ꝛ huiusmodi. ¶ P. De quolibꝫ istorū michi aliquid dicas: ꝛ primo de oratione. Utrum orando semꝑ requiratur actualis attentio. H. Actualis attentio necessaria est in oratione ad ꝯsequenduꝫ finem ꝛ melius premiū quia tamē mens hominis labilis est. sufficit habitualis attentio. que ex prima attētione actuali ꝓcedit et virtutē habet ex ea. sicut vidim⁹ in exemplo ꝓiectiōis lapidis. Sicut motio hominis lapidē ꝓicientis durat per essentiā actus dū manum lapidi apponit mouendo. sic virtus secunde motionis lapidis manet dum lapis ex vi motionis prime mouetur. licꝫ prime motionis virtus ꝯtinue debilitetur aut qꝛ lapis quiescit aut a ꝯtrario motu mouetur nisi iterum moueatur ꝛ sic suo modo de oratione. Quia oratio primo mouetur a deuotiōe orantis ꝛ attentione actuali scđm essentiam. Sed quia mēs ad alia propter infirmitatem hominis ꝛ euagationem mentis rapitur: ideo manet attentio virtute ꝛ habitualiter vt mota ab attētione actuali scꝫ prima deuotione. sicut motio lapidis habet virtutem ex primo mouente ꝛ effectum. sic oratio habet effectum suum ex prima attentione actuali et deuotiōe: nisi tanta fiat euagatio ꝙ oratio amittat virtutem prime attentionis. sicut patet in illis: qui horas suas dicendo ad alia se transferunt. quod non potest esse sine culpa. ꝛ maxime quando ad contrarium orationis mens se transfert. sicut ad peccata illicita. tunc non est sine culpa mortali. Ideo necessariuꝫ est vt hō in orando aut horas dicendo

frequẽter reuocet cor ſuũ ad ſeipſuȝ. Ideo nota ꝙ in oratione debet eſſe triplex attẽtio. Prima eſt ad verba quibꝫ petimus. Scđa eſt ad petitionẽ ipſaȝ Tertia eſt ad ea que petitionẽ circunſtat. ſicut eſt neceſſitas ꝓ qua deꝰ petitur ⁊ rogat. Et ſi aliqua iſtarũ abſit non eſt reputanda attẽta oratio quia etiam illi qui non intelligunt petitionis verba ad oratiõeȝ attenti eſſe poſſunt Et ideo eis ſufficit prima ⁊ ſcđa attentio vt patet in laicis qui verba latina nõ intelligũt. In ſumma ergo ſcias ꝙ euagatio mentis in orõne facta a propoſito non eſt ſine pctõ ⁊ ĩpedit fructũ orationis ſi ad ꝯtrarium orationis fuerit mortale pctm̃ ẽ. Si vero nõ fiat euagatio a ꝓpoſito ſed ex infirmitate mentis ſolummodo nõ eſt pctm̃ nec ĩpedit orationis fructũ. cum virtutẽ habeat ex prima attentione vt dictum eſt.

¶ P. Nũquid debet eſſe oratio ſemꝑ vocalis ⁊ nõ mẽtalis. R. Oratio communis que fit pro populo a miniſtro eccl'ie debet eſſe vocalis vt oĩbus ĩnoteſcat. Orõ vo ſingularis ꝑſone ſiue fiat pro ſe ſiue pro aliis põt eſſe mẽtalis verũtamẽ eis adiũgitur ꝓpter tria primo ad excitãdũ interiorẽ deuotionẽ Secũdo vt homo deo ſeruiat de oĩbus que habet Nõ ſolum mẽte ſed etiam corpore ⁊ ore. Tertio vt mẽtis affectio vehementius per vocẽ exprimatur

¶ P. Nũqd ille q̃ tenet ad diuinũ ſeruitiũ dicendũ vtpote horas canonicas ⁊ illud obmiſit ẽ iniũgendũ ꝙ iteȝ illud dicat. R. Nõ qꝛ ad hoc ſeruitiũ diuinũ eſt ordinatũ vt ordinate dicatur. Et ideo ſi oporteret ſemper vt obmittens illud idem diceret ⁊ reſumeret inordinate diceret illud quia officium

passionis forte diceret post pascha qd esset absurdum. Ideo iniūgendū est eis aliud vtpote psalteriū ꝛ hmōi. ¶ P. Que orō ad satisfaciendū magis ꝯgruit q̄ laicis est iniūgēda. S. Oratio dn̄ica ¶ P. Edissere michi q̄ sūt illa q̄ in ipa petim⁹. S. Septē petitiones in ipa ꝯtinētur q̄ tibi breuiť declarabo. primo tn̄ vt fiducialius ad ipsum accedamus eius caritatem primit⁹ ꝛ maiestatē ꝯfitemur Ideo dicim⁹ Pater noster. Ecce caritas eius erga nos vel ipse ad nos tanq̄ ad filios ꝯdescendat Deinde ei⁹ excellētiā ꝯfitemur cū dicim⁹. Qui es in celis. q̄ es per essentiā ꝛ nūq̄ deficis in celis sup oīa ꝛ excellentiā ꝛ potestatē habēs. Deinde accedimus ad petendū. qꝛ ipse finis noster est. Ideo petim⁹ vt eo fruamur ꝛ ei⁹ gloria. ideo petim⁹ primo nomē ei⁹ in nobis sc̄tificari. vt sic in eū desideriū nostrū p dilectionē ferať. Ideo diciť sanctificetur nomē tuū. nō q̄ in se sanctū sit cū semp sanctuz sit: sz sc̄tificeť in nobis p illud sc̄ti simus. Sc̄do petim⁹ ex hoc ei⁹ gloria ꝑfrui. ideo seq̄tur Adueniat regnū tuū. Deinde petim⁹ quiqz q̄ nos ordināt ad ipam gloriā. quoꝝ duo p se nos ordinant alia tria per accidens. Primū qd nos ordinat ad gloriam qd est tertiū in petitiōe. vt semp ei obediam⁹. ideo sequitur. Fiat voluntas tua sicut in celo ꝛ in terra. quasi dicat sicut angeli obediūt tibi in celo/ita tibi obediam⁹ in terra. Quarto petim⁹ vt detur nobis subsidiū ꝑueniendi ad hunc finē vt vita nostra seruetur tam spiritualis q̄ corporalis. Ideo dicitur Panem nostrum quotidianuz da nobis hodie Siue intelligatur de sacramento eucharistie per

quē spiritualis vita conseruatur. siue de pane materiali per quem vita corporalis seruatur. Deinde petimus tria que nos ordinant ad ipsam curiam per accidens per remotionem prohibētis. Et sunt tria que nos impediunt ad perueniendum ad beatitudinem. Primum est peccatum. Ideo petimus ipsum remoueri a nobis sic dicim⁹. Et dimitte nobis debita. ꝛc. ꝛ hec est quinta petitio. Scd̄o petimus remoueri a nobis tentationē que nos disturbat. Et sic sequitur sexta petitio. Ideo dicimus Et ne nos inducas in tentationem. Tertio petimus amoueri penalitatē presentē. Et sic ē septima petitio. Ideo dicimus. Sed libera nos a malo. Et sic sunt septē orōnes dn̄ice orōnis. Et sic petre ꝗ̄tum ad te spectat de oratione tibi dixi.

¶ De elemosina

PEtrus. De secunda parte satisfactionis. scꝫ de elemosina michi dicas. An cadat sub precepto ꝛ qualiter fit elemosina. S. Elemosina est duplex. quedā corporalis. alia spūalis. Et vtraqꝫ cadit sub precepto affirmatiuo. Et quia precepta affirmatiua non obligant semper sed pro loco ꝛ tempore ꝛ scd̄m cōditiones alias determinatas. Ideo oportet considerare conditiones ex parte dantis primo quod faciat de superfluo. non solum respectu sui sed etiam respectu familie cuius curam gerit. Similiter consideranda est ex parte suscipientis necessitatem ꝙ in necessitate sit ille cui datur. Et isto modo elemosina corporalis cadit sub precepto scꝫ dare de superfluo ꝛ indigēti. Quia dare de necessariis sibi aut familie ꝛ ei ꝗ non habet ne-

cessitatē non cadit sub ꝑcepto sed magis sub consilio. Similiter de elemosina spūali ē dicendum ꝙ cadit sub precepto pro loco ⁊ tempore ⁊ aliis circūstantiis. qꝛ non semꝑ est corrigendus ꝓximus seu monēdus sꝫ pro loco ⁊ tempore. ⁊ ꝯsiderato modo ammonēdi ⁊ corrigēdi ex parte corrigētis. ⁊ spes meliorādi ex ꝑte eius q̄ corripit. ⁊ de hoc infra dicetur. ¶ P. Incipe ab elemosina corporali ⁊ dic michi quot sunt elemosine corꝑales. H. Septem que per hunc versum designant. Visito. poto cibo redimo. tego. colligo. condo. Visito. s. īfirmos Poto. s. sitiētes. Cibo. s. esurientes. Redimo. s. incarceratos. Tego. s. nudos. Colligo. s. hospites. Condo. s. mortuos sepeliēdo. ¶ P. De quo debet fieri elemosina. H. De ꝓprio ⁊ non de alieno. ¶ P. Ergo de male acq̄sitis non fit elemosina. H. Scias ꝙ aliq̄d dicit male acquisitum tripliciter. vno mō quia debꝫ restitui ei cui illicite acquirit sicut de rapina furto ⁊ huiusmōi. ⁊ de tali fieri non potest elemosina sꝫ restituendū est ei cui aufert. Alio modo aliquid dicit male acquisitum. qꝛ dans ⁊ accipiēs ꝯtra diuinam iusticiam faciunt sicut in symonia. ⁊ tale nō est restituendū ei q̄ dedit. nec est remanēdū apud eū qui accipit sꝫ debet in elemosinis erogari Tertio modo aliq̄d dicit illicite acq̄situm ratione actus acquirēdi nō ratione acq̄sitiōis. sicut in meretricio cuius actus est illicitus ⁊ a deo ꝓhibitus. Tamē illud qđ dat pro opere non est illicitū sꝫ potest mulier accipere locationem sui corporis ⁊ de ea elemosinam facere. Verūtamē nō debet fieri de eo sacrificiuꝫ nec oblatio ad altare. tam ꝓpter re-

uerentiā sacramenti ꝙ ꝓpter scandalum: etiā ꝓpt peccati detestationē. ¶ P. Nunquid de acq̄sitis in ludo taxillorū potest fieri elemosina. R. Propter ludentiū cupiditatē ꝓhibit⁹ ludus est. ideo ille q̄ lucrat᷑ retinere non potest nec ille q̄ ꝑdidit recipe debȝ: sȝ est in elemosinis erogandū. nisi ꝯtraria cōsuetudo fuerit q̄ ꝑmittit ludos fieri ꝓpter recreationē ciuiū solū. ⁊ non ꝓpter lucrādi cupiditatem ille tñ qui lucrat᷑ ab his q̄ nō sunt sui iuris: sicut sūt minores furiosi ⁊ serui qui dñoꝝ suorū res alienare non possunt tenet᷑ ad restitutionē dñis quoꝝ res ꝑdite fuerāt. Silr etiā ille q̄ trahit alium ad ludū frauduléter vel fraudē in ludo ꝯmittit ad restitutionē tenet᷑ ei q̄ amisit nec debet de elemosina fieri. ¶ P. Nūquid vxor. pueri. serui. monachi ⁊ huiusmōi pñt elemosinas facere absq; suoꝝ superiorū licētia. R. Illi q̄ sunt sub potestate ꝯstituti de rebus scdm quas suis supiorib⁹ subiiciunt᷑ non licet eis facere elemosinas sine suoꝝ superioꝝ licētia nisi vrgēte necessitate. Quia tñ ī necessitate oīa sunt cōia: liceret etiam de alieno succurrere indigenti Vñ monach⁹ q̄ administrationē nō habet nō pōt elemosinas facere de bono eccl'ie absq; ꝯsensu abbatis exp̄sso vel p̄sumpto. Si tñ administrationē habet: pōt de reb⁹ sibi cōmissis elemosinas facere scdm ꝙ cadūt in vsum suū. Et idē est de muliere ꝙ si nichil habeat p̄ter dotē nō pōt elemosinas facere: nisi de ꝯsensu mariti sui expresso vel presumpto Si tñ res habeat sicut ex lucro suo vel alio mō potest elemosinas facere sȝ moderatas ne ꝑ eas vir depauperet᷑. Silr nec seru⁹ pōt de reb⁹ dñi sui ele-

mosinas facere. q2 licet eas habeat ad dispensa-
tionē z gubernationē dom⁹. nō tñ ad donationem
Verūtñ aliqua modica q̄ stati posient corrūpi pos-
sunt dare. q2 in hoc ꝯsensus dñi presumit. Eodē mō
etiā dicendū est de filiis familias. q2 licet filiusfa-
milias sit heres patris. q2 nōdū habet dominium
supra res pr̄is eas dare nō pōt vt prius. ¶ P. Nū
quid clerici tenent erogare ea q̄ sibi supfluunt. R.
Clerici de reb⁹ patrimonioꝝ suoꝝ pn̄t vti ꝓ libito
volūtatis sue. dū tñ pctm̄ nō fuerit scꝫ luxuriando
vsurando z hmōi. Ideo pn̄t eas suare ꝓpter rele-
uationē penuriarū suarum: z etiā eas amicis suis
distribuere. vñ eas sic seruādo aut dando non pec
cāt dū tñ modū seruādi nō excedāt. s. suādo eas tē
pore necessitatis nō subueniēdo paupibus. De re-
bus xo eccl̄ie cū clerici non sint dñi sꝫ solū ministri
si supflua paupib⁹ nō erogēt peccāt. Verūtñ scias
q2 bona eccl̄iastica tripliciter diuidūt. q2 q̄dā sunt
pauperū. qui hec retinet z nō distribuit fur est z la-
tro. Alia sūt q̄ redeūt in partē eccl̄ie ad eccl̄iam re
parādā. z hec etiā in alios vsus ꝯuerti nō debent.
Alia sūt ad vsus seu vsū ministroꝝ sicut p̄bende z
hmōi. In his dicēdū est sicut de bonis patrimonii
dictū est q2 seruādo ea moderate ꝓ necessitate nō
peccāt. Etiā possunt in necessitate moderate suis
amicis carnalib⁹ distribuere. ¶ P. Quib⁹ dāda
est elemosina vtrū ꝓpinquiori vel meliori vel ei q̄
magis īdiget. R. Indigenti danda est elemosina.
z magis indigenti. nec danda est semper elemosi-
na meliori. z sm̄ xtutes deo ꝓpīciores sꝫ magꝫ idi
genti cū elemosina diuit⁹ sit īstituta ad subleuādā

ꝓximi necessitatē. Sed nota ꝙ in elemosinis debent tres gradus ꝯstitui. scz. honestum: debitum: ⁊ necessariū. Unde honestum est in ꝓpinquioribꝰ vt prius subueniat᷑ debitum autem vt benefactoribꝰ subueniat᷑ ⁊ precipue melioribꝰ. Sed necessarium vt magis subueniatur indigenti. Et sic amicis et ꝓpinquioribus subueniēdum est in necessitate cuz ex radice caritatis quadaz sorte nobis obuenit vt prius eis subueniamus ceteris paribus. Verūtamen ex caritatis merito meliori ⁊ vtiliori ad bonū cōmune prius est subueniendum ⁊ elemosina danda ꝓpiquiori. Ideo nō sunt imunes a pctīs qui indignos parentes ad beneficia ecclesiastica ꝓmouent dignis ⁊ melioribus relictis. Et sic breuiter. prius est amicis subueniendū necessitate vrgente. Cessante autē necessitate meliori ⁊ vtiliori est elemosina magis dāda indigēti ⁊ distribuēda ¶ P. Nūquid ioculatoribꝰ dāda est emosina. R. Qñqz licitū est eis dare: ⁊ qñqz non qm ludus necessariꝰ est ad ꝯseruationem vite humane. Quia quies in ludo habetur ⁊ solacium humane nature. Et ideo scdm philosophum ⁊ tulium. Virtuosum est vti ludo honesto tēpore debito. Ideo ludentibus ꝓpter recreationez hoim ludo honesto ⁊ tp̄e debito. licet eis dare ꝑ seruitio ⁊ labore ⁊ elemosinā facere. Hystrionibꝰ vo ⁊ ioculatoribꝰ vtētibꝰ vbis ihonestibus vel factis nō. licz dare aliqd qr eoꝝ dicta vł facta sunt magis ad ꝯfusionē ꝙ ad ꝯsolationē Ideo qui talibus donat peccat: quia eos fouet et substinet in peccatis. ¶ P. Nunquid potest aliquis sibimet elemosinā facere. R. Proprie loquendo nō

Nullus potest sibimet facere elemosinaꝫ loquen-
do de elemosina corporali. quia elemosina ē opus
mie. Misericordia autem aliena miseriā respicit. ⁊
illam suā facit. Ideo ꝓprie nullus sibimet elemo-
sinā facit. Verūtamē ex ꝯsequenti potest sibi com
modū facere ex elemosina sicut cū distributor ele-
mosinaꝝ facit ꝯmoduꝫ ex ecclīarū administratiōe
sibi etiā posset accipe si indigens fuerit ⁊ necessi-
tatē habuerit sicut daret alii indigenti. ¶ P. Nū
quid possunt elemosine que debentur ꝓ defunctis
distribui licite deferri absqꝫ defunctorū detrimē-
to. R. Absolute loquēdo nō debent deferri sed sta
tim distribui verūtamē si executor aliquātulū dif-
ferat dare vt res defūcti āplificet eas plꝰ vēdēdo
vel meliorādo nō peccat: sed laudabile est. Si ve-
ro ecōtrario faciat ꝓpter negligētiam suā vł suuꝫ
ꝓprium ꝯmodum sine defunctorū cōmodo peccat
¶ P. Nūquid ex tali dilatione defūctꝰ patiᷓ. R.
Scias ꝙ duo detrimēta patitur mortuus ex dila-
tione distributiōis elemosinarū. Primuꝫ detrimē
tum quod patiᷓ est tolerātia pene. Scōm est sub-
stractio remedii ⁊ adiutorii. Ex parte autē elemo-
sine sunt duo remedia. Primū est meritū ecclesie.
Scōm effectꝰ ecclīe ꝙtū ergo ad meritū ecclīe de
fūctꝰ nullū detrimentū patiᷓ propᷓ dilationem di-
stributiōis nec maiorē penā patiᷓ. Sed quantū ad
effectum elemesine qui est adiutoriū ⁊ remedium
defūctis patiᷓ nō ꝙtum ad penā. sed qꝛ remedium
suffragioꝝ ei nō adhibeᷓ ꝓpᷓ tarditatē distribu-
tionis. Et ideo peccāt q̄ elemosinas defūctoꝝ abs
qꝫ rōe differūt nec distribuūt ⁊ sibi ipis dānationeꝫ

acquirūt. Hec tibi petre de elemosina corporali ad p̄sens sufficiāt. ¶ P. Nunc de elemosina spiritua li michi dicas/quot modis habet fieri. H. Septē sunt elemosine spirituales que per hūc versuz desi gnant. Consule/ doce/castiga/solare/remitte/ fer ora. Cōsule. scz ignorantē. Doce errātem. Castiga delinquentez. Solare desolatum. Remitte iniurie reatū. Fer supporta lapsuz. Ora ꝓ inimicis. ¶ P De castigatione que est fraterna correctio aliis omissis ad presens audire volo. Et primo vtrū de beā semper corrigere delinquentē. ⁊ nūqd dimitte re. H. Sicut dictū est supra in principio huius ca pituli fraterna correctio cadit sub precepto affir matiuo. ⁊ ideo suas circunstantias reqrit. qꝛ non quocūqz loco / nec quocūqz tempore corrigendus est. sed pro loco ⁊ tempore. Et ideo scias ꝙ frater na correctio dimittitur triplici ratione. primo ra tione caritatis ⁊ hoc meritorie quando ꝓbabilit timetur ne deteriores fiant delinquentes corrigē di vel alios a bono impediant. vel a fide auertant vel ab hoc infirmos premant vel a bona via ⁊ vi ta pia erudiendos impediant. A talium correctio ne pro loco ⁊ tempore abstinere licz vt dicit augu. Non videtur esse cupiditas occasio. sed ꝯsilium ca ritatis. Secūdo dimittitur fraterna correctio cuz pctō mortali. scilz qñ ꝓpter timorē humanum vel cupiditatē seu fauorē pctōꝛ dimittit corrigi. Et pre cipue qñ p̄sumitur ꝙ ꝓpter correctionem posset a pctō retrahi. Tertio obmittit fraterna correctio ⁊ hoc cū pctō veniali qñ. s. ꝓpt aliquē timorē vel cu piditatez qs efficit tardioꝛ ad fratrē corrigendum

tamen ꝓpter hoc non dimitteret fratrē corrigere
si de eius emēdatione separet ⁊ sic sancti viri qn̄qꝫ
negligūt corrigere delinquētes. Tempus aūt quo
quis obligat̄ ad correctionē fraternā: est cū delin-
quens sibi occurrit ⁊ pōt cōmode corripi ⁊ speratur
eius emendatio ⁊ non est alius cui ex officio incū-
bat corrigere vel si ille cui incumbit sit negligens
in corripiēdo. Cōtra autem excusatur quis a pre-
cepto correctionis fraterne: qn̄ videt fratrem ex
hoc deteriorari vel qn̄ scit sup̲iorem eius paratum
ad corrigēdū delinquentez. ¶ P. Quib⁹ incūbit
fraterna correctio. R. Scias q̄ duplex est frater-
na correctio. Una est actus caritatis ⁊ hec fit per
simplicē monitionē: ⁊ talis pertinet omnibus ca-
ritatem habentibus siue fuerit subditus siue pre-
latus: ⁊ istomō potest inferior superiorem suū de-
linquentē cuz mansuetudine ⁊ reuerētia corrigere
Alia est correctio q̄ est act⁹ iusticie que fit per pu-
nitionem vt alii magis timeant ⁊ hec pertinet ad
sup̲iores solū qui nō solum debēt monere sed etiaꝫ
punire ⁊ talis correctio nō ptinet ad inferiorē res-
pectu sup̲ioris cū nō habeat sup ip̄m iurisdictionē
sed magis ecōuerso. Prīa autez correctio q̄ ē act⁹
caritatis pōt p̄termitti ad tēpus qn̄ videlicet dubi
tat̄ ex ea deterioratio seq̄. Sꝫ scd̄a q̄ est act⁹ iusti-
cie: nullo mō debet p̄termitti etiā si delinquens de
teriorer̄ ex ea. Un̄ iudex nullo mō dꝫ pretermittere
sententiā dānatiōis i peccātē ꝓpter pturbationes
aut tiorē ei⁹ siue amicoꝝ suorū. ¶ P. Nunq̄d pōt
pctōr corrigere. R. Quicūqꝫ alium corrigit: debet
se a pctō pri⁹ emēdare suo. Un̄ si p̄latus delinquēs

corrigit subditū delinquentē peccat īdigne vtens officio suo. Verūtñ per simplicem monitionem vel rogationez pōt prelatus ⁊ quicūqz alius subditus etiā in pctō notorio existēs delinquentē monere vt desistat a pctō ⁊ suo exemplo non incitatur ad malum ⁊ talis sic corrigēdo ⁊ monendo ⁊ rogādo nō peccat ¶ P. Nunquid secreta admonitio p̄cedit publicā denūciationē sicut dicit dn̄s in euangelio. Si peccauerit ī te frater tuus corripe illū inter te ⁊ ipm solū. R. Si peccatū fratris est manifestum ⁊ publicū publice debȝ manifestari ꝓpter correctionem aliorū vt inde exemplū assumāt. Si vero peccatū sit occultū aut illud peccatū fit in nocumentū ꝓximoꝝ corporalis: q̄ꝛ vult incēdere ciuitatem vel aliū occidere. vel spūaliter q̄ꝛ hereticꝰ est ⁊ homines priuatim a fide auertit. tūc opȝ statim ꝙ ꝓcedatur ad denūciationē nisi firmiter speret ꝙ ꝑ simplicē admonitionē posset illa mala īpedire. Si vo peccatū occultū sit solū in nocumentū peccātis vel eius qui eū corrigit debet ꝑ simplicē admonitionē corripi. Postea scđȝ p̄ceptū dn̄i si noluerit emēdare debet corā duobꝰ vel tribꝰ argui seruādo tñ famam quā pōt: ⁊ si nō pōt eiꝰ fama seruari q̄ꝛ pctm̄ suū multiplicat dn̄s voluit ꝙ cuȝ dispēdio fame publice argueretur. Et sic pȝ ꝙ secreta admonitio dȝ p̄cedē publicā denūciationē ¶ P. Ergo peccāt religiosi q̄ fratres publice corā aliis de suis culpis ī culpis arguūt ⁊ ꝓclamāt. R. Nō q̄ꝛ tales ꝓclamatiōes q̄ fiūt ī culpis religiosoꝝ solū fiunt de leuibus q̄ fame fratris nō derogāt. Si vo eēt tale de quo fama fratris lederet. esset ꝯtra p̄ceptū dn̄i qui per

hunc modū peccatum fratris publicaret. Et si prelat⁹ p̄ciperet gn̄aliter vel alicui specialiter q̄ publicaret illud pctm̄ quo fama fratris ledi posset cū sit occultum nō est ei obediendū: qꝛ ꝯtra p̄ceptum dn̄i nullus tenet̄ obedire: ⁊ qui obediret peccaret etiam si p̄latus hoc preciperet. Aliter tamen esset si peccatū p aliquas suspitiōes vel iudicia: aliqualiter publicaret̄. qꝛ in tali casu posset prelatus precipere eo modo quo iudex exigendo iuramētū de veritate dicēda preciperet. Hec de elemosina tam corporali q̄ spirituali ad p̄sens tibi petre que dicta sunt sufficiant.

Petrus. De tertia p̄te satisfactionis scꝫ de ieiunio michi dicas. si ieiuniū sub p̄cepto cadat. H. Qꝛ p ieiuniū carnis ꝯcupiscētia reprimit̄ mēs eleuat̄ v̄tutes ꝯuāt̄. idō ieiuniū cōit̄ ē de p̄cepto iuris diuini natural̄. Sꝫ determinatio tp̄is ieiunioꝝ ⁊ modus ieiunandi ad ius positiuum p̄tinet ad p̄latos eccl̄ie ⁊ isto modo ieiuniū cadit sub p̄cepto eccl̄ie. Un̄ qui ex ꝯtentu vel sine causa rōnabilis trāsgredit̄ ieiunia: peccat mortaliter. tan̄q̄ ꝯtennens eccl̄ie mandatū vel p̄ceptū. ¶ P. Qui sunt qui a ieiunio absoluuntur. H. Pueri: debiles. infirmi. ⁊ ꝯpulsi necessitate. ¶ P. Usqꝫ ad quot annos tenētur pueri ad ieiunia conseruāda. H. Ut cōiter dicit̄ ad. xx. annū. vel ad. xxi. qꝛ pueri p̄pter actū nutritiue ⁊ augmentatiue virtutis indigēt pauco cibo ⁊ frequenti: q̄diu sunt in tp̄e augmēti. Tēpus autē illud scd̄m ph̄m est tēpus. xxi. anni. Un̄ in summa raymōdi. ca. defer. in. glo. dr̄ q̄ pueri a. xx. annis ⁊ supra ieiunare tenent̄. Nec ante hāc etatem

credo aliquē esse ꝯpellēdum ad hmōi ieiunia: nec statim post. Quia quidā sunt in.xxi. anno vl. xxii. debiliores ꝙ alii i.xviii. Vñ ad arbitriū boni viri recurrendū est. Et sequit ex dictis illi⁹ glose ꝙ pueri vsqꝫ ad illud tp̄s ad ieiunia non tenent. ista tñ non sunt publice p̄dicanda. cū ad ꝯcupiscentiā iuuenes ꝛ ad gulam faciliter moueant. Ideo conueniēs est vt citi⁹ ante tēp⁹ dictū moueant ad excercenda ieiunia ꝫm ꝙ eorū virtus roborat. Eodem etiā modo iudicandū est de infirmis ꝙ scd̄m arbitriū boni viri ē limitādū eoꝝ ieiuniū. ¶ P. Quid de peregrinis ꝛ laborantib⁹ est agendū. R. De peregrinis scias. ꝙ si pegrinatio cōmode differri potest: debet p̄termitti ꝛ ieiunium pfici. Si vo necessitas imineat: ꝙ p̄termitti nō possit nec differri peregrinatio. qꝛ ꝯpellunt hoīes ire in excercitum ex p̄cepto eccl'ie: sicut trāsmarinare tp̄e passagii. vel aliud iter necessariū arripuerint qd̄ oportet facere: a ieiunio excusant si ieiunare non possint. Vñ si ꝓpria volūtate peregrinationē arripuerint i quadragesima cū ad illā nō teneat: vel alio tēpore precedenti possent illas pegrinationes fecisse non excusant a ieiunio. Et si ea transgrediant peccant. ꝛ tenent alio tēpore ieiunia fracta recōpensare ꝫm ꝯsilium eccl'ie vnde sup hoc a suis p̄sbyteris ante quadragesimā sunt monēdi. De cursorib⁹ magnatum quoꝝ vsus ē necessarius si eos occurrere oporteat ꝛ ieiunare nō possunt excusant. De laborantibus ꝛ opantib⁹ terraꝝ vineaꝝ: fulonū: metalloꝝ: ꝛ ceteris talib⁹ vbi opus ē cū magno labore. si adeo sūt paupes ꝙ p seipos oporteat colligere vineas

ꝓprias: aut aliūde victū sufficiēter. nō habeāt pro se ꝛ familia sua cui⁹ curā habēt nisi laborādo ꝛ laborare nō possint nisi ieiunia frangāt. pñt ieiunia frāgere ꝛ laborare. Silr̄ si serui sint rustici q̄ debēt facere opa dn̄is suis non peccant mortalr̄ ieiunia frāgēdo. ꝛ hoc tn̄ p dispēsationē ecclie vtile ē fieri. Si vo oparii diuites sint ꝙ possint p alios opera sua pficere nō excusant. sȝ si velīt laborare vl' opari psonaliter ita laborem patiant añ prandiuȝ laborādo ꝙ nō oporteat eos ieiuniū soluere. vñ constat ꝙ intētio maioris lucri ꝛ nō necessitas non excusat opariū a ieiunio. nec sunt imunes a pctō qui operarios ꝯducere noluūt nisi tali pacto ꝙ ieiuniū soluāt vt plus operent: nisi forte sic necessitas que festinationē opis pro quo laborat exposcat. ¶ P. Quid de seruiētib⁹ nobiliū. R. De seruiētib⁹ nobiliū q̄ habēt seruire ad mensas: coꝝ si ex causa necessaria aliq̄tuluꝫ ꝑueniāt horā comedēdi ex toto comedēdo vl' ꝑlibat modicū. ne ꝓpter debilitateȝ in seruiēdo deficiāt: ꝛ hoc faciant positis iā mēsis vel parū ante. ita ꝙ ꝓpter ꝯtinuationē tēporis totū debeat reputari vna mēsa non credo ꝙ peccent sicut nō peccāt seruiētes mediocriū psonaꝝ q̄ surgūt de mēsa dn̄oꝝ suoꝝ vt vadāt ad vinū vel vt portēt ēcenia: ꝛ iterū reuertētes comedūt. Iteȝ credo de regl'arib⁹ q̄ legūt legēdas i refectorio ad mēsā idē eē sicut dictū ē de seruiētib⁹ diuitum ꝛ nobiliuȝ dum tn̄ hoc ex licētia faciāt. De iuniorib⁹ ꝛ nouitiis sup soluēdo ieiunio vel nō soluēdo credo ꝙ tenent magis discretioni ꝑlatoꝝ aut dispēsationi ꝙ ꝓprio iudicio acq̄escere ¶ P. Quid de ꝑgnātib⁹

⁊ nutricibus dicendū est. R. Si timeat̄ ꝓbabiliter de ꝑiculo eaꝝ si ieiunauerint sicut de ꝑiculo fetus in vtero i pgnantib⁹ vl' de victu pueri ad vbera in nutricib⁹ nō solū possunt soluere ieiunia. sed etiā tenent̄. Quātum aūt ad dispēsationē ieiunii si cō stet oībus vicinis de causa ꝓpter ꝙ soluendū est ieiuniū/non necessariū ē ꝙ petatur dispēsatio. Si aūt dubiū est illis qb⁹ soluendū est ieiuniū. ⁊ aliis petat̄ dispēsatio ab ep̄o aut ei⁹ penitētiario si ep̄s defuerit. Si xo nō possit haberi vterq3 sufficit licētia ꝓprii sacerdotis. Silr' si causa manifesta sit ifirmo. ⁊ nō sit manifesta aliis/debet petere licentiā frangēdi ieiuniū ꝓpter scandalū alioꝝ. Null⁹ aūt auctoritate ꝓpria debet ieiunia frangere ab ecclia instituta. Oia eni ⁊ que dicta sunt de ieiunio require in sūma p̄dicta. s. raymondi. in. glo. ca. de seruis. ¶ P. Nūqd paupertas semp excusat a ieiunio. R. Illi pauperes q̄ nō pōssūt habere simul quod ad vnā comestionez sufficere debet excusant̄ a ieiunio. sicut sunt illi qui frustratim querūt panē illi eni q̄ possunt habere illud nō excusant̄. ¶ P. Que sunt tēpora ieiunioꝝ. R. Primū tempus est in principio veris ante festum pasche. s. tempus quadragesime tam propter refrenationem concupiscentie que multum viget in illo tempore ꝙ propter preparationem ad gratiam que confertur in baptismo qui solennisatur in vigilia pasche. ꝙ etiam propter sumptionem dignam ad sacramentum eucharistie ꝙ quilibet christianus fidelis debet assumere.

¶ Item propter ieiunium quadragesime in quo

De

omniũ dierũ quasi decimã soluim⁹ in singulis quadris anni tres dies ieiunii sunt instituti q̄ quasi in primitias ꝯputant. ⁊ ad expiãdum peccata singularũ quartarũ. Et dicũtur ieiunia quattuor tẽpoꝝ Similiter in solennitatibus ꝑcipuis vigilias ieiunamus vt promptiores ad deuotionẽ simus. ad solẽnitates sanctorũ celebrandas ⁊ obseruandas. ⁊ scias ꝙ licet omni tẽpore ieiuniũ sit laudabile. diebus tamen dñicis non ieiunam⁹ cũ sit dies leticie ⁊ non afflictionis. Similiter ad detestationem erroris manicheoꝝ qui eo die ieiunabãt ¶ .P. Que cibaria sunt sumenda ⁊ q̄tum in die. R. Illa cibaria sunt sumẽda in ieiuniis que concupiscentiam nõ mouent vel min⁹ mouent. Unde carnes animaliũ ⁊ lacticinia cum multuz ꝯformẽt complexioni hominũ vt statim ꝯuertant in materiã seminis ꝓhibita sunt ⁊ maxime in quadragesima. Quia vero pisces non ita ꝯformantur ꝯplexioni hoim nec ita cito in materiã semis ꝯuertũt: sicut ⁊ carnes ideo non sunt ꝓhibiti. In aliis autez ieiuniis scd̃m obseruantiã locorum fit abstinentia ab lacticiniis ⁊ ouis. vinũ autẽ licz inflãmet ꝯcupiscentiaz tamen non ꝓhibet ieiunantibus qꝛ eius inflãmatio non tantũ durat. q̄tuz inflãmatio ꝯcupiscẽtie que procedit ex esu carniũ. sed cito transit. Similiter non ꝓhibetur ꝓpter impedimentũ digestionis que nimis debilitaret. De institutione autẽ ieiunii scias ꝙ institutum est vt ieiunantes semel in die tantuz comedant licet possint pluries bibere propter digestionez. Similit sumptio electuarioꝝ ⁊ aliarum medicinarum. ieiuniũ istud ab ecclesia institutum

non soluunt. Nisi sumat forte aliquis in magna q̄titate in fraudē per modum cibi. qꝛ sic ieiunium frangeret. Hore comedēdi est hora vel circa qꝛ tali hora xp̄s emisit spiritū. qꝛ ieiunantes debent se ꝯformare passiōi xp̄i. Nec requirit deꝛminare hora nona scd̄m subtilem estimationem: sed secundū grossam vt sit circa horam nonam propter necessitatem potest aliq̄tulum preueniri. Hec tibi petre de ieiunio sufficiant ad presens.

Petrus. De restitutiōe michi dicas q̄ ad satisfactionē ptinere videꝛ. Et primo vtrū restitutio sit de necessitate salutis. S. Sic. qꝛ seruare iusticiā ē de necessitate salutis. Restitutio eni ē act⁹ iusticie cōmutatiue: qꝛ alteri reddere qđ suum est ē iusticia. ⁊ ideo restitutio est de necessitate salutis ¶ P. An de furto rapina ⁊ hmōi debet fieri restitutio. S. Rem alienam furtiue retinere non licet. ⁊ qui eā capit ad restitutionē teneꝛ nisi in casu extreme necessitatis in quo oīa sunt cōia. nec hoc habet rationē furti. Verūtn̄ in rebus minimis q̄ tāq̄ derelicte videnꝛ a domino furtū nō ꝯmittiꝛ: si accipianꝛ occulte. sicut est act⁹ poma ⁊ hmōi nec ad restitutionem accipiens teneꝛ nisi ille qui accepit habet animū furandi ⁊ nocumentū inferendi ꝓximo qꝛ sic furtū ꝯmitteret ⁊ peccaret ⁊ ad restitutionē teneret q̄uis paruū esset. Scias tn̄ ꝙ aliquis accipit rem alterius occulte auctoritate iudicis hoc decremētis furtū non ꝯmittit. qꝛ sibi debitum factum est ei sententialiter ad iudicatū. ¶ P. Nunquid ille qui rem suam occulte accipit ab alio detentam furtum cōmittit. S. Non cōmittit furtum

nec restitutionē tenet cū non grauet eum q̄ iniuste
retinet sz peccat ɔtra cōmunē iusticiā dn̄ ipe vsur=
pat sibi sue rei iudiciū/ordine iuris ꝓtermisso ⁊ te
netur deo satisfacere ⁊ ɔfiteri. Verūtn̄ quidam di
cūt ꝙ si psona q̄ rē detinet sit ita fortis ꝙ ali⁹ non
possit ɔtra eū litigare accipiēdo sic rem suam non
peccat qꝛ in hoc obtinet vim iuris. Similiter si iu
dex sit absens vel fauorabilis iniuriāti. qꝛ in talib⁹
vt dicūt ɔcedit cuilibet a iure ꝙ quoquomō rē suā
accipiat non peccat nec ad ɔfessionē tenet. Et hec
ē opinio godefridi ī quolibeto suo. xii. q. xviii. Opi
nio tn̄ thome q̄ prima est cōmunius tenet. De his
vero q̄ rem suā apud aliū depositā furtiue accipi=
unt scias ꝙ peccāt. qꝛ grauant depositariū ⁊ possz
cōpelli ad reddendū. Ideo ad reuelandū tenet ⁊ re
uelādum grauamen depositarii. ¶ P. Aliqd pōt
aliqs rem iniuriātis accipe furtiue ꝓ re sua violē
ter detēta. S. Rem alteri⁹ loco rei sue ablate etiā
violēter cū in re illa nunq̄ dominiū habebit. nō li
cet accipe alicui. ⁊ qui hoc facit peccat ⁊ ad resti=
tutionē tenet. ⁊ hec est opinio magnoꝝ. Alii dicūt
vt supra ꝙ verū est qđ dicendū est si possit rē suam
repetere ordine iuris. verūtn̄ si non possit ꝓpt po=
tentiā iniurātis aut obsententiā iudicis vt dictuz
est. pōt vsqz ad valorē sue rei de reb⁹ detinentis ac
cipe. Cū res detinētis sint ꝓ re detēta obligate er
ga oppssum. ⁊ hoc ei ius ɔcedit. Verūtn̄ tutius est
vt nichil accipiatur alienum. cum iusta estimatio
difficiliter habeatur ⁊ ad accipiendum sint homi=
nes proni. ¶ P. De rapina michi dicas. Utrum
sit rapina grauius q̄ furtuz. S. Scias rapinā gra

uius ꝛ detestabilius esse peccatū ꝙ furtum inq̄ntum magis repugnat voluntati eius cui aufertur. Unde furtum ꝯmittitur per ignorantiā illius cui aufertur. sed rapina per violētiam. Ideo cum nullus potentiam habeat super alium nisi per potestatem publicā: ideo quicūqꝫ violēter alteri aliq̄d aufert non vtēs potestate publica: rapinam ꝯmittit ꝛ ad restitutionem tenetur. Principes tamen qui sunt custodes iusticie ꝓpter conseruationem iusticie et rei publice si exigant quod eis scd̄m iusticiam debetur. Etiam si violentiam adhibeant non cōmittunt rapinam. Similiter ad impugnanduꝫ hostes si per violentiam a subditis aliquid accipiant: rapinā non ꝯmittūt. Si vero absqꝫ rōne ꝛ ꝯtra iusticiā aliq̄d abstulerit violenter rapinā cōmittūt ꝛ ad restitutionē tenent̄ sic latrones. Silr̄ illi q̄ in bello predātur si bellum iustū fuerit rapinā non cōmittunt. licet peccēt ex nimio appetitu accipiendi. Si vero iniustum bellum peccant in accipiendo ꝛ rapinam committunt ad restitutionem tenentur.

¶ Sequitur de vsura

Petrus. De vsura michi dicas. Si liceat aliq̄d accipere pro pecunia mutuata. ꝛ si recipiatur an ad restitutionem teneatur. S. Ad dissolutionē questionis tue primitus scias. Q͛ quedā sunt res quarum vsus est ipsarum consumptio. sicut pecunia consumitur distribuendo vinum bibendo. blada comedendo. oleum lignūqꝫ comburendo ꝛ cōsimilia. Et in talibus rebus cum non habeāt vsum fructū. non potest seorsum ꝯputari res ꝛ vsus rei. Sed cuicūqꝫ conceditur vsus rei ꝯceditur ipā res

Et cui tales res ↄcedunt̄ ꝑ mutuū transfert̄ in euȝ
cui mutuat̄ ipaꝝ dominiū. Unde qui mutuat alteri
pecuniā seu bladuȝ: vinū: ꝛ oleū ꝛ hmōi non potest
super illud retinere dn̄ium: cum vtendo corrūpat̄
ꝛ ideo vsus taliū rerū vendi non pōt. qꝛ si quis vel
let vendere bladū vel vinū ꝛ seorsū vsū vini vl' bla-
di vēderet eandē rē bis. vl' vēderet illud qđ nō est
cum vinū sit iā potatū seu bladū comestuȝ ꝛ sic cō
tra iusticiam faceret ꝛ peccaret. Similimodo qui
etiā mutat vinū vel triticum ꝛ petit vnā recōpen-
sationē equalē rei. ꝛ aliā recōpensationem ꝓ pre-
cio vsus rei. ↄtra iusticiā facit ꝛ tale mutuum aut
venditio vsura dicit̄. que scđm sapientē dicit̄ icre-
mentū fenoris. ꝛ sic in oībus talibꝰ rebꝰ que vten-
do ↄsumuntur pro vsu rei nichil suscipiendū est. qꝛ
vsura est. Sūt aūt alie res quarū vsus non est ipa/
rum rerum ↄsumptio ꝛ habent vsumfructum: sicut
agere equus domus ꝛ similia ꝛ in talibꝰ potest vē-
di seorsum res ꝛ vsus rei ꝛ etiā mutuari. sicut cum
aliquis mutuat equum aut agruȝ vel domū potest
ꝓ vsu equi vel domus aut agri accipere precium
ꝛ in hoc non peccat. Unde manifestū est cum vsura
sit ↄtra iusticiam vt dictum est peccatum est ꝛ resti
tui oportet. Nec ꝓpter hoc peccant qui propter ne
cessitatem suam accipiunt pecuniā alteriꝰ sub vsu
ra. quia subueniunt sue necessitati. Secus autem
qui absqȝ necessitate sumeret pecuniam sub vsura
qꝛ sic peccaret ꝛ vsurariū induceret ad peccatum.
Similiter ille ē particeps vsurarii pcti qui sibi pre
bet aut prestat pecuniam vt ex ea vsuras exerceat
In generali scias ꝙ non licet ꝓ pecunia mutuata

vel alia quacunque re quod vtendo consumitur plus exigere quam quantitatem pecunie vel rei mutuate seu valorem tempore quo mutuatur. Unde manifeste vsuram committunt. et peccant qui bladum vinum et huiusmodi mutuant vel vendunt ad precium temporis subsequentis. quia tunc vsum rei iam consumpte vendunt similiter et tempus. Similiter qui res carius vendunt quam sit iustum precium propter expectationem solutionis vsuram committunt: quia expectatio solutionis habet rationem mutui. et in hoc tempus vendunt. Similiter qui emit rem minus quam sit iusti precii propter anticipationem solutionis vsuram committit quia illa anticipatio solutionis habet rationem mutui cuius quidem precium est illud quod dirimitur de iusto precio. Et hoc maxime in rebus que tradi non possunt sicut sunt illi qui emunt bladum in herbam et huiusmodi. Similiter qui debet ad certum terminum pecuniam vel aliud si aliquid sibi dimittatur vt citius soluat vsuram committit manifeste. quia tempus solutionis vendit et ad restitutionem tenetur. Nec excusatur per hoc quod soluendo ante terminum grauatur vel quod ab alio inducatur scilicet ab eo cui debetur. Similiter illi qui pecuniam accipiunt mutuo sub vsuris et volentes recuperare vsuras vendendo pannos aut alia mobilia plus quam valeant propter solutionis expectationem vsuram committunt. Cum in hoc tempus vendatur et illa expectatio rationem mutui habeat. Nec possunt se excusare eo quod volunt se seruare indamnes recuperando in hoc vsuras quas debent: possunt tamen mercatores licite vendendo res suas repetere moderatas expensas quas fecerunt in portatione earum sicut patet in pannis et consimilibus rebus. Nec tamen possunt superfluas expensas repetere. Item scias quod si alicui pro pecunia obligatur

domus: ager. aut alia res cuius vsus pcio estimari debet ille q mutauit vsuz illi9 rei debet ɔputare in solutionē ꝛ restitutionem pecunie mutuate. nisi talis res forte fuerit cui9 vsus inter amicos ɔcedi ɔsueuit sine precio sicut est liber ꝛ hmōi. Igit sum mati teneas q nullo mō licz pro pecunia mutuata aliqd accipe qd pecunia mensurari possit. etiam pro alia re nō habēte vsūfructū vt dictū est. ¶ P. Ergo ille q mutuauit ꝛ dānuz incurrit ex mutuatione pecunie sue nō poterit dānū suuz repetere vt videt. S. Scias. q ille solūmō q amore beniuolētie mutuat alteri pecuniā vel aliam rem ꝛ non pro precio pōt ex pacto deducere cuz eo qui accipit mutuum recōpensationē dāni quod mutuās incurrit ex hmōi mutuatione. Sicut cū debet reddere pecuniā ad certā diē ꝛ ille nō soluit. ꝛ ppt defectum solutiōis mutuās dānuz incurrit. Potest repetere dānū suū nec hoc ē pecuniā vēdere sz se indānē seruare ¶ P. Nūqd fauor vl obseqū pōt recipi p pecunia mutuata. S. Beniuolētia amor ꝛ hmōi pūt ex mutuo recipi tū nō possēt pecunia mēsurari. munus tū ab obseqo vl a ligua nō pōt repeti sicut nec mun9 a manu cū nō possint pecunia mēsurari qd pz in suētib9 q sui obseqū vēdūt. Et silr i aduocatis q laborē sui ɔsilii ꝛ penā vēdūt. verūtū tale munus ab obseqo vel a ligua ex sola beniuolētia pōt recipi. Nō qsi ex recōpensatōe mutuate pecunie. Silr aut pōt recipi mun9 a manu vel donū gratuitū nō ex pacto tacito vl expsso qd etiā dās donassz ātēq pecuniā mutuo recepisset. Ideo donū ex beniuolētia solūmō pōt mutuās recipe. qr ppt mutuatio-

nem nõ efficit peioris cõditionis. Etiã nota q̃ licet nõ possit pro pecunia mutuata plus exigi q̃ pecũia tñ ille q̃ cõmittit pecuniã mercatori vel artifici per modũ societatis potest ille q̃ mutuat partem lucri qđ ex ea prouenit expectere: sicut de re sua qr dñiuz nõ transfert pecunie in eũ cui cõmisit: sz magis remanet in mutuante. Et hoc intelligit qñ periculuz dãni non solũ spectat ad suscipientẽ sed etiã ad dãtẽ τ mutuantẽ. Et sic bene licitũ est q̃ vn⁹ soci⁹ det pecuniã: τ ali⁹ suppleat laborẽ. ¶ P. Ut dictũ est qđ accipit pro vsura ẽ restituendũ. Nũquid oĩa que lucrata sunt ex pecunia vsuraria sunt restituenda. R. Possessiones q̃ ex vsuris sunt cõparata τ nõ fuerũt nec sunt eoꝝ quoꝝ fuerũt vsure. τ ideo nõ sunt eis totaliter restituende. cũ ex industria sua τ labore suo ille qui recipit vsuras illas acq̃sierit. Etiam fortis qr pl⁹ valent q̃ vsure sz qr obligate sunt his quoꝝ fuerũt vsure. Ideo p̃cipit vt vendant τ ipaꝝ precia restituant scđm q̃titatez vsurarum receptaruz. Et sic intelligit illa decretalis extra de vsuris Cum tu sicut asseris. Nota tñ q̃ ille qui recipit domũ vel agrũ aut rem aliam q̃ habz vsumfructũ ab alio sub vsuris. Non tenet solum restituere domũ vel agrũ aut rẽ quã accepit sed tenet fruct⁹ indẽ ꝑceptos restituere. qr fruct⁹ illaꝝ rerũ sequunt eas τ eis debent. Aliud tñ ẽ de reb⁹ q̃ nõ habẽt vsũfructũ vt vinũ bladũ τ hmõi. qr soluz eas tenet restituere ille q̃ p vsurã eas recipit. Nec illđ qđ acq̃situ ẽ ex illis reb⁹ restituat cũ nõ sit fruct⁹ eaꝝ sic acq̃situ sz hũane idustrie. nisi forte ꝑ detẽtionẽ illi⁹ rei. alter cui⁹ res ẽ q̃ est ꝑ vsuraz extorta. sit nimis dãni

ficatus. qz tūc ille qui per vsurā eam recepit tenet ad recōpēsationē nocumēti. ¶ P. Nūc de restitutione aliaꝝ reruz michi dicas sicut de nocumentis illatis in ꝑsona vel in rebꝰ. S. De dāno illato ipersona sicut est abcisio mēbri vel defloratio virginis quia non potest restitui ad equale cū mēbrum abscisum ⁊ integritas carnis restitui non possit debet scd̄m recōpēsationē restitui sicut in pecunia vel honore ad arbitrium boni viri. Et hoc intelligitur de puella qn̄ per violētiam corrūpitur: quia si ex voluntate eius sine fraude ⁊ violentia corrumpatur. Non tenetur ad restitutionez q̄ eā violauerit. De fama vero scias ꝙ tripliciter pōt quis alterius famā auferre. Primo modo dicendo verū ⁊ ordine debito seruato sicut ꝓbādo crimē alterius scd̄m ordinem iuris ⁊ sic non tenet restituere. Scd̄o modo verum dicēdo sed nō ordine ⁊ sic tenet ad restitutionē fame q̄tum potest absq; mandato. scz se malum dixisse dicendo vel eum iniuste diffamasse. Et si famā ei restituere nō potest debet ei aliter recōpēsare. Tertio modo falsum dicendo ⁊ iniuste ⁊ sic tenet famā restituere ⁊ q̄bꝰ ꝓdiit etiā oibꝰ falsum crimē se mētitū fuisset ⁊ falsū dixisse Et scias ꝙ illi q̄ ex officio suo hn̄t ꝓuidere saluti alioꝝ peccāt nisi ifamiā a se repellāt. Cū fama sit nccia ad efficatione ꝓximoꝝ. Repellit aūt ifamia dupliciter vel casū ifamie substrahēdo vł ligwas detrahētiū ꝯpescēdo. Circa vero restitutionē faciēdā ꝓpt dānū illatū rebꝰ. Scias ꝙ aliq̄s dānificat in rebꝰ dupliciter. vno mō qz aufert ei ꝙ actu hz ⁊ tale dānū restituēdū ē bz recōpēsatōez eq̄lē sicut ꝯburēdo domū vł iterfi

ciendo equũ ⁊ hmõi. restitutio debet fieri scd̃m va
lorẽ domus vel equi. Alio mõ ipedit aliqs ne adi
piscatur illud qd̃ erat in via saluãdi ⁊ tale dãnum
nõ oportet restituere ex equali sz scd̃z iustã estima
tionẽ dãni. Cũ possit pluribꝰ causis impediri sicut
de blado seminato ⁊ lucro ipedito. Non tenet dã-
nificans ad totũ ꝓuentũ restituendũ sz solũ iustaz
estimationẽ dãni illati ad arbitriũ boni viri. de im
pedimẽto vero beneficii ne alter adipiscat. Nota
ꝙ multipliciter põt ipediri. Uno mõ impedit quis
iuste ne alter beneficiũ vel prebendã obtineat in-
tendens ad honorẽ ⁊ ꝯmodũ eccłie. vt si detur di-
gniori cũ alter dignus nõ sit ⁊ sic restituere nõ te-
net. Alio mõ impedit iniuste scz causa odii vel in-
uidie aut vindicte sumẽde. Si nondũ beneficium
ille q̃ impedit obtineat sz solum sit in via habendi
nõ tenet impediẽs ad restituẽdũ equale cũ ille nõ
sit illud adeptꝰ ⁊ posset pluribꝰ causis ipediri: sed
tenet ad recõsiliandũ ⁊ recõpensandũ scd̃m arbi-
triũ boni viri. Si vero sit iam adeptꝰ beneficiũ vel
iam firmatũ sit ꝙ alicui detur ipediens ꝓpter cau
saz idebitã ad restitutionẽ equalẽ tenet ¶ P. Nũ
quid restitutio semꝑ est faciẽda ei a quo res abla-
ta est vel dãnuz infert. R. Si possit inueniri debet
ei restitutio fieri vel eiꝰ heredi cuz vna ꝑsona ꝯpu
tetur cũ eo. Si vo sit multũ distãs debet ei trans-
mitti ⁊ ꝑcipue si sit res magni valoris. Nec ex ea
se teneat restituẽs grauatũ ꝙ ei mittat ⁊ expensas
faciat imittẽdo. qz hoc est in recõpensationẽ dãni
illati qd̃ alter habuit ꝓpt defectũ rei sue. Si vero
nõ possit ei ꝯmode mitti debz in loco tuto poni. vt

ꝓ eo seruetur. Si autem ille cui est restitutio faci-
enda sit omnino ignotus: debet restitutio fieri se
cundū ꝙ pōt per elemosinas vel alio modo scḋꝫ cō
silium eccl'ie. ¶ P. Nūquid semꝑ restituere tenet
qui dānū infert vel rem accipit. R. Semper tene-
tur primo ⁊ principaliter. Alii tamen ꝯsentientes
ex cōsequenti quia vt dixit apl'us. Digni sunt mor
te nō solū qui faciūt sed etiam qui ꝯsentiunt faciē-
tibus. Ideo omnes illi qui sunt causa iniuste acce-
ptionis vel dāni illati ad restitutionē tenent. Con
tingit autē nouem modis q̄ per hos v'sus notant
Iussio: ꝯsiliū: ꝯsensus; palpo: recursus Participās
mutus: nō obstās nō manifestās. Iussio qui iubet.
scꝫ iniuste accipere vel dānū inferre. Consiliuꝫ qui
hoc ꝯsulit. Cōsensus qui expresse ꝯsentit sine quo
sequi nō poterat. Palpo adulādo ex cuiꝰ adula-
tione sequit dānū alterius dicēdo: esse strennuum
factum ⁊ hmōi. Recursus receptando ⁊ substinen-
do dānum ⁊ res ablatas. Participans. scꝫ socius
maleficii. Mutꝰ. s. ille cui icūbit ex officio reprehē
dere malefactorem. Vel ꝑ ꝯsilium impedire: ⁊ hoc
nō facit: ad restitutionē tenetur. Non obstās. s. il-
le cui ex officio incūbit obuiare malefactoribꝰ si-
cut priceps q̄ substrahit auxiliū: ⁊ ide dānuꝫ sequit
ipe restitue re tenet. Cū principiū stipēdia sunt ad
hoc eis data. Nō manifestās. scꝫ ille qui tenet ma
nifestare malefactorē quādo latitat oīs enim pre
dicti ad restitutionem tenentur verūtamen princi
palis in facto tenetur: secundus ex ꝯsequenti ⁊ cō
sequēter alii. Et vno restituente illi q̄ dānū habuit
Alii eidē āplius nō tenētur Sꝫ pricipalis i facto te

nentur satisfacere τ restituere ei q̄ ꝑ eis restituit. ¶ P. Nunquid illi qui in bello accipiũt rapinam ꝯmittunt τ ad restitutionẽ tenentur. R. Si illi qui depredãtur hostes iustum bellũ habẽt nõ ꝯmittũt rapinã in accipiẽdo nec ad restitutionẽ tenent͛ licz peccare possint ĩ mõ accipiẽdi ꝓ nimia cupiditate ex praua intẽtiõe. Si vo nõ iustũ bellũ accipiẽdo ꝯmittunt rapinã τ ad restitutionẽ tenẽtur. Scias tñ ꝙ ad hoc quod bellũ sit iustũ tria reqrunt͛ τ necessario. Primum est auctoritas principis cuius mãdato bellũ est gerendũ qꝛ pricipibus τ publicis ꝑsonis pertinent bella mouere τ non ꝑsonis priuatis. Scdm est causa iusta vt scz illi qui; impugnantur sint culpabiles. Tertio requirit͛ intentio recta vt. scz illi qui pugnãt intendant malũ corrigere et bonũ ꝓmouere. Et hec tria ita ꝯcurrũt ad bellum ad hoc qd sit iustum qd si vnũ illoꝝ defuerit bellũ iniustum τ illicitum efficitur. Unde si ille qui ĩpugnat ĩ tali bello iusto accipit nõ tenetur restituere sed ei suũ esse ꝯceditur. ¶ P. Nũquid prescriptio semꝑ valet. R. Prescriptio mala fide habita non valet. Uñ si quis lõgo tẽpore mala fide ꝑscripserit scdm ius canonicuz restituere tenet͛ reddendo qd abstulit τ cui abstulerit. Nã ius canonicuz semper intendit aiaꝝ comodũ. Nullus autẽ in pctõ mortali saluari potest. Ideo qui mala fide prescripserit ẽ in pctõ mortali cum rem alterius retineat iniuste Peccatum autem non dimittitur nisi prius restituatur ablatum. Quod autem prescriptio male fide habita non sit sine peccato habetur de prescriptionibus. Quoniã omne. vbi dicitur quod oĩe

quod non est ex fide peccatū est. Sinodoli iudicio diffinimus ꝙ nulla valeat absqȝ bona fide prescriptio tam canonica ꝙ̄ ciuilis. Cū gn̄aliter sit oī ꝯstitutioni atqȝ ꝯsuetudini derogādū quod absqȝ peccato mortali non pōt obseruari. Unde oportet qui prescribit ꝙ in nulla parte tp̄is conscientiā habeat rei aliene. Si vero prescribat bona fide possidē do nō tenetur ad restitutionem. Etiam si sciuerit aliena fuisse post prescriptionē. Hec igitur de restitutione facienda circa dānū petre quo ad presens tibi sufficiat. ¶ P. Quia circa emptiones ⁊ venditiones fraus consistit in quib⁹ etiam qn̄qȝ cadit restitutio ideo de ip̄is michi aliq̄ꝫtulum dicas. Et p̄rio si liceat rem plus vēdere ꝙ̄ valeat. Cum venditio ⁊ emptio sint iuēte ꝑ cōmuni vtilitate hoīm scȝ qꝛ re alterius alius indiget nō debet magis esse in grauamē vnī⁹ ꝙ̄ alterius iō debȝ scd̄m equalitatem rei ꝯtractus institui; que equalitas rei ⁊ q̄ntitas mēsurat̄ scd̄m p̄ciū pecunie ꝑ quas res datur. Et ideo siue p̄ciū excedat quantitatē valoris rei vel res excedat precium tollitur equalitas iusticie Et sic vendere carius aut vilius emere rem ꝙ̄ valeat est illicitum ⁊ scd̄m se est peccatum. Ueruntamen si in emptione ⁊ venditione alter multum leditur; vt puta ꝙ vnus multum indigeat re alteri⁹ ⁊ alter leditur si ea careat: in tali casu iustum est non solū respiciatur rem que vendit̄: sȝ ad dānum quod venditor incurrit. Et sic subueniendo dāno vēdentis potest res vēdi licite plus ꝙ̄ valeat scd̄m se licet non vendatur plus ꝙ̄ valeat necessitatem habēti. Si tamē venditor nō dānificatur carendo

re sua: nō debet eā plus vendere ꝙ valeat: lz ille q̄ emit miretur ex ea: qꝛ vtilitatem q̄ accrescit alteri nō est suū vendere. licet possit vendere dānum suū cū precium rerū non ñ sit scd̄m se determinatū. Inde est ꝙ modicuz plus vendere vel minus emere non tollit equalitatez iusticie. sed satis ꝑmittiť. ¶ P. Dic michi quō vēditio est illicita ꝓpter defectum rei. H. Tripliciter redditur venditio illicita ꝓpter defectū rei. Prim⁹ defectus est scd̄m speciez rei sicut si vēdať aqua pro oleo vel stannū pro argēto ꝛ hunc defectū si vēditoꝛ cognoscat in re quam vendit fraudē cōmittit ꝛ restituere teneť etiā si vendat auricalcū pro auro. Scd̄us defectus est scd̄m q̄titatē que per mensurā cognoscitur. ideo si venditoꝛ scienter vtatur deficiēte mensura. peccat et ad restitutionem teneť. Nec ꝓpť hoc est inconueniens esse diuersas mensuras secūdū diuersitatez locorum ꝓpter diuersitatem copie ꝛ inopie rerū: quia vbi maioꝛ copia rerum abūdat/ necesse ē maiorem mensurā habere. Et hoc ꝑtinet ad rectores ciuitatis ꝛ nō priuate persone ideo eas p̄terire nō licet. Terti⁹ defect⁹ est ex parte q̄litatis. scʒ si vendatur aīal infirmum ꝓ sano qui scienter hoc facit fraudez ꝯmittit: ꝛ in omnibus predictis venditoꝛ scienter peccat ꝛ ad restitutionem tenetur. Si vero ignorāter hoc fecerit non peccat vendendo sed cū ad eius notitiā peruenerit debet recompensare emptori. Et sicut ex ꝑte venditoris fraus committiť/ sic ex parte emptoris sicut qñ venditoꝛ credit rem suam minus p̄ciosam vt si vendat aurum purum quod credat esse auricalcum. emptoꝛ si illud

cognoscat iniuste emit et ad restitutionem tenetur dū minꝰ illud emit ꝙ valeat. Et sic est in omibus aliis rebꝰ que minꝰ venduntꝰ p ignorantiā vendē-tis et cognitionē emētis. sicut qui vendit verū au-rū pro auro sophisticato et emens cognoscit. ad re-stitutionē teneꝰ. Similiter si venditor vēdat aurū per alkymiā factum pro vero auro fraudem ꝯmit/tit; cū nō sit aurū ꝓciosum in substantia sicut veruz aurū. ¶ P. Nūquid vēditor debet semp dicere vi ciū rei ꝙ vēdit. R. Si viciū rei que venditꝰ occul-tū sit vēditor debet illud ementi manifestare Alio quin venditio est dolosa. et peccat venditor: quia dat emēti occasionē damni et periculi. et teneꝰ ven-ditor ad restitutionē seu recōpensationē dāni sicut si venderet equū claudicantē ꝓ veloci vel domum ruinosaz ꝓ forma: et cibū corruptuz pro sano et huiꝰ modi. Si vero vicium manifestuz fuerit: sicut cum equus est monoculus et hmōi. quia licet non cōpe-tat venditori. potest tamen esse; cōueniens aliis si ipse ꝓpter illud vicium substrahat de precio ꝙtum oportet nō teneꝰ ad manifestandū viciuz rei. qꝛ for te si manifestaret illud. emptor propter illud viciū plus vellet subtrahere de precio ꝙ esset subtrahen dum. Unde potest venditor licite indennitati sue consulere. nō manifestando vicium rei sed reticen do. Nota tamē ꝙ in re viciosa vendenda cuius vi/ciū venditor scit: debet ēptori manifestare et dice-re teneꝰ. non tamen oportet ꝙ p preconem vendi-tor illud viciū manifestet et prenunciet. qꝛ sic exter reret oīs emptores ab emendo qui alias rei con ditiones non cognoscerent in quibus res bona est

⁊ vtilis. Sed sufficit singulariter dicere qui vult emere. q potest simul omnes conditiones rei comparare. scz bonas ⁊ malas. quia nichil prohibet rē in aliquo esse viciosam ⁊ in multis aliis conditionibus vtilem. Et nota q res potest vendi secundū precium quod reperitur in locis. Unde ille qui bladum defert ad locum vbi caristia est. ⁊ scit plures blada afferentes per quos melius forum habebitur potest vēdere bladum suum scdm precium qd ibi inuenit. Nec tenetur ratiōe iusticie manifestare aduentum aliorum bladum apportantium. Si tamen illud manifestaret vel de precio subtraheret hoc esset virtutis. ¶ P. Nunquid licz rē plus vendere q̄ sit empta. R. Rem absolute vēdere propter cupiditatem lucri solum. est inhonestum. ⁊ illicita est talis negociatio etiam clericis est prohibita. Rem tamen vendere carius q̄ sit empta ꝑpter aliquem finem honestū. vt scz lucrum honestū querat ad domus sue substentationem ⁊ ad subuenienḋum indigentibus aut ꝑpter publicā vtilitatem: scz ne res que sunt necessarie patrie desint. Et si talis negociatio licita est ⁊ lucrū expedit vt nō queratur quasi finis. sed vt stipēdiū laboris nec ꝑprie talis est negociatio. Uñ ille q̄ rem emit solūmodo vt cari⁹ vēdat negociat̃ q2 solū lucru3 q̄rit ⁊ turpis questus est. Sed ille qui rem emit nō vt vēdat sed teneat propter necessitatem subleuandam ⁊ postmodum propter causam necessariam vendat non negocitatur. Nec talis negociatio est venditio licet carius vendat q̄ emit. Potest tamen carius vendere rem aliq̄s licite q̄ emit. pluribꝰ de causis

Quia scz rem melioravit vel quia preciũ rei est mutatum propter loci diuersitatem. aut temporis vel propter periculum in quo se emẽdo exposuit ꝛ vẽdendo transferendo res suas de loco ad locuz. vel alias fieri faciendo. aut propter alias necessitates occurrentes. Et sic vendendo res plusq̃ sint empte. non est negotiacio absolute: sed iusta venditio. Negotiacio autem vt dictũ est clericis est interdicta propter lucrum terrenorum. cuius esse debent contemptores. ꝛ ne animũ suum a diuino seruitio nimis retrahant ad qđ sunt specialiter deputati. Ideo apostolus. ii. ad corinth. ii. Nemo militans deo implicat se negotiis. secularibus vt placeat ei cui se probauit. De restitutione vero ac de sacramento penitentie ad presens petre tibi sufficiant predicta.

De sacramento extreme vnctionis.

Post sacramentum penitentie: de sacramento vnctionis extreme michi dicas. s. quibus ꝛ a quibus ꝛ quomodo ministratur. que sit eius materia ꝛ q̃ sit forma. S. Extrema vnctio est sacramentum contra reliquias peccatorum que non sunt sufficienter per penitentiam sublate. aut per negligentiam aut per ignorantiam. Est etiam extrema vnctio vltimũ remediũ disponens ad gloriam ꝛ exhibetur per moduz curationis. Item extreme vnctionis sacramentum est vnũ. non vnitate indiuisibilitatis. sicut punctus sed vnitate perfectionis. quia in eo datur gratia ad curationẽ vulnerũ spiritualium. Datur autez hoc sacramentum solis infirmis qui sunt in statu transeundi de hac vita.

quia vt dictū est hoc sacramentum ad gloriam disponit & in extremo vite corporalis. Et quia solum per modum curationis infirmis datur & non sanis Similiter non datur pueris cū vsum rationis non habeant eo quod actualis deuotio requiritur in suscipiente. Similiter nō debet dari illis qui nec deuotionē nec cognitionē habēt: sicut furiosis & dementib⁹ nisi prius habuerint lucida interualla & illud cū instantia petierint: quia infirmis qui instanter petūt dum cognoscunt & intelligūt. si oppressi fuerint morte in extrema necessitate potest dari. Hoc autem sacramentū solis sacerdotib⁹ pertinēt ministrare vt ait beatus. Jacobus. Infirmatur quis in vobis inducat presbyteros vt orent super eum vngentes eū oleo in nomine domini. Materia huius sacramenti est oleū oliuarum cum balsamo ab epō ꝯsecratum. Forma aūt huius sacramēti ē hec Per istā sanctā vnctionē & per suā piissimā misericordiam idulgeat tibi dñs omps quicquid peccasti p visum auditū & sic de ceteris sensib⁹ aliis. Vñ forma hui⁹ sacramēti ē solū depcatiua vt pz ex dictis bti Jacobi apli pri⁹ dictis iō illa forma idicatiua. s. Ego vngo os oculos oleo sctificato In noie pris & filii. &c. nō sunt forma hui⁹ sacramēti. sed solummodo illa verba prius dicta scilicet per istam sanctam vnctionē. In quibusdā tamē ecclesiis premittuntur. Quia vero vt dictū est hoc sacramentum datur p modū curationis spiritualis. ideo illa mēbra solū iungenda sunt vbi radix ē morbi spiritualis. Sicut sunt quinqz sensus. scz oculi ꝓpter visum aures propter auditū nares propter odora

tuz os ꝓpter gustum manus propt̃ tactũ qui in di gitis viget maxime. Et ista vnctio ab oib⁹ genera liter obseruatur. ⁊ est de necessitate: verũtñ ꝓpter vim appetitiuã a quibusdaz inungunt̃ pedes ⁊ qñ qz pectus. ⁊ q̃dam inungunt pectus ⁊ non renes. ⁊ ecõuerso. s. renes ⁊ non pedes. Hoc tñ nõ est de ne cessitate sacramẽti sicut illa vnctio que fit ad q̃n qz sensus. Genitalia vero propt̃ honestatẽ ⁊ reue rentiam sacramẽti non inungent̃. in illis vero qui habẽt oculos erutos: vel manus abcisas aut na sum abscisuz vel alia mẽbra que debent inũgi par tes que sunt illis ꝓpinquiores debẽt inũgi. Quia licz illa mẽbra non habeant ⁊ ex illis peccare non possunt exterius. habent tamẽ illa membra in ra dice anime ⁊ oĩa que debent̃ eis ⁊ peccare ex eis in terius possunt circa ea que ad illa membra ꝑtinẽt. q̃uis exterius explicare non possint. ¶ D. Nun quid hoc sacramentũ pro quacũqz infirmitate po test sepius iterari. R. Potest. qz vt dictum est su pra. vi. ca. p. solum sunt tria sacramenta que non possunt iterari. scz baptismus. confirmatio. ⁊ ordo Eo ꝙ imprimũt caracterẽ Sacramentum aũt ex treme vnctionis caracterem non imprimit. ⁊ ideo potest sepi⁹ iterari. Similit̃ vt dictum est hoc or dinatur ad curã spũalem reliquiarũ actualis pec cati. in quo homo pluries cadit ⁊ infirmatur spiri tualiter. Et ideo eius medicina potest pluries ite rari. Similiter est notandũ quod hoc sacramentũ nõ solũ respicit infirmitatẽ sed infirmitas statum. Ideoqz pro qualibet infirmitate dari potest sz non in quolibet statu infirmitatis. sed solũ in extrema

necessitate in articulo mortis in quo sperat hominem mori. Ideo ꝓ infirmitatibus diuturnis nō datur. sicut est paralisis. lepra ⁊ hmōi. Nec etiam pro quibusdā infirmitatib⁹ non diuturnis sicut febris continua ⁊ hmōi. nisi periculum mortis immineat Nota etiā ꝙ si quis inunctus fuerit ĩfirmitate durāte in eodē statu: nō iterum debꝫ inungi: quia est eadem infirmitas. Si curat⁹ fuerit a pristina ĩfirmitate ⁊ recidiuat iterū possꝫ inungi. quia non est eadeꝫ infirmitas que prius. Similiter si periculū mortis euadat ⁊ durāte adhuc infirmitate. ⁊ iterū per eandē infirmitatē ad simile periculuꝫ reducat potest iterū inungi. qꝛ iam est quasi alius infirmitatis status. ¶ P. Nunquid est infirmis aliquid de fide sua requirendū cū petūt extreme vnctionis sacramentuꝫ. S. Debet eis indicare vt pater noster dicant ad diuinā gratiā implorandā. similit ⁊ symbolū ad suē fidei explanationeꝫ si loqui possint. qꝛ tamē laici vt ĩ plurib⁹ adeo rudes sunt ꝙ etiā simbolum non sciunt. Ideo curati sacerdotes pluries ac sepissime debēt eos ĩ pronis suis monere vt simbolum addiscant ⁊ articulos fidei debent eos explicare. vt sciant quid credere debeant ⁊ maxime in extremo mortis articulo. vt suum habeant in illo statu pre oculis cordis creatorem etiam ⁊ redemptorem. ¶ PETRUS. Rogo vt articulos contentos in symbolo qui sunt et quot sunt michi dicas ⁊ exponas. S. Articuli fidei contenti in symbolo. xiiii. sunt/scilicet septem circa diuinitatem. ⁊. vii. circa humanitatem xpi. ⁊ in vtroqꝫ symbolo. scꝫ patrum et apostolorum continentur

Primus articulus est de vnitate deitatis q̄ vna ē in tribus psonis. Ideo dicit̄ credo in deū. Et i sym bolo patrū credo in vnū deū. Quantū aūt ad tres personas. sunt tres articuli: scilȝ ad personā patris dicit̄. Patrem omnipotentem. quantum ad perso nā filii dicit̄. Et in iesum xp̄m filiuȝ ei⁹. ⁊ quātū ad personā spūssancti dicit̄. Et in spiritū sanctum. ⁊ in symbolo patrū dicit̄. Et in spm̄ sanctum dn̄m ⁊ vi= uificantē qui ex patre filioqȝ procedit. Et sic ponū tur quatuor articuli q̄tum ad deitatē. Ponuntur deinde tres articuli qui pertinēt ad opera trinita= tis. quoꝝ primo ponit̄ articul⁹ qui ptinet ad opera trinitatis ꝓpria/ qui ptinet ad esse nature. ideo dr̄ Creatorē celi ⁊ terre. Ponit̄ scd̄o sextus articulus qui pertinet ad esse gratie ⁊ ꝯprehēdit omnia que pertinēt ad sanctificationē ⁊ ad sacramēta eccl̄ie ideo dicit̄. Sanctā eccl̄iam catholicā scōꝝ cōmu= nionē. remissionē peccatoꝝ. Et in symbolo patrum dicit̄. Qui locut⁹ est p prophetas ⁊ in vnā sanctam catholicā ⁊ apostolicā eccl̄iam. Tertio ponit̄ vnus qui ptinet ad esse glorie. ⁊ sic ponit̄ septimus arti= culus qui est. Resurrectio mortuoꝝ in vitam eter= nā. Et in symbolo patrū dicit̄. Et expecto resurre= ctionem mortuorum ⁊ vitam vēturi seculi. Amen. Et sic sunt septē articuli circa deitatem. Si volue= ris tn̄ solū quinqȝ articulos numerabis. Ita q̄ de tribus psonis vnus solus erit articul⁹ ⁊ sic grosso= modo laicis exponēs. Credere firmiter debem⁹. s. vnū deuȝ verum ⁊ sic est prim⁹ articulus. Et q̄ ille verus deus est trin⁹ in psonis ⁊ sic est secund⁹ ar= ticulus. Item q̄ idē deus vnus est in essentia ⁊ ri=

nus in personis est creator oim ꝛ sic est tertius arti culus. Item credere debemꝰ ꝙ fides catholica vera est. ꝛ sacramenta eccłie que hoiem sanctificant vera sunt. Et etiã ea que in scripturis sacris ꝯtinẽt qđ est vna fides: vnum baptisma: ꝛ sic est quartus articulus. Itẽ ꝙ erit resurrectio mortuoꝝ ꝛ est vita eterna quam expectamus. ꝛ sic est quintus articulus. Deinde sunt septẽ articuli circa humanitatez xp̄i. quoꝝ primꝰ est de incarnatione. scꝫ ꝙ filiꝰ dei carnẽ veraꝫ assumpsit: ideo dicit̄. Qui ꝯceptus est de spiritu sancto ꝛ in symbolo patrũ. Qui ꝓpt̄ nos hoies ꝛ ꝓpter nostrã salutẽ descendit de celis ꝛ incarnatus est de spũssancto. Scđs articulus de natiuitate eiꝰ ex vtero beate ꝟginis. ideo dr̄. ex Maria virgine. Et in symbolo patrũ dicit̄. Et homo factus est. Et hi duo articuli ĩ vno possunt formari. s. ꝙ descendit de celis vt carnem assumeret ꝛ ex virgine nasceretur. Tertius est ꝙ mortẽ passus ẽ pro nobis ꝛ sepultus. ideo dr̄. Passus sub pontio pylato. Et in symbolo patrũ dr̄. Crucifixus etiaꝫ pro nobis. ꝛc. Quartus ꝙ descendit ad inferos. s. anima eius corpore existente supra terram. ꝛ ideo dicitur. Descendit ad inferos. Quintus est ꝙ tertia die resurrexit. ꝛ ideo dicitur. tertia die resurrexit a mortuis. Sextus ꝙ ascendit in celũ. ideo dicitur. ascendit ad celos. ꝛc. Septimꝰ est de aduentu eiꝰ ad iudiciũ. ideo dicit̄. Inde venturus est iudicare viuos. ꝛc. Et sic sũt duodecim articuli q̄ nobis proponuntur firmiter ad credendũ. Et ignorantibus exponendi sunt vt superius est dictum. Sic igitur petre de sacramento extreme vnctiõis ad presens

que dicta tibi sunt sufficiant.

¶ De sacramento matrimonii.

PEtrus. De sacramento matrimonii per quod carnalis ppagatio conseruatur michi dicas. vt sic pcludas de oibus sacramentis. Et primitus de matrimonio qd sit an sit sacramentum. H. Matrimoniu vt dicit magister sententiaru est viri mulierisqz coniunctio maritalis inter legittimas psonas indiuiduã vite psuetudinem retinẽs. Est etiã matrimonium sacramentum. ꝛ in eo pfert gratia ad opera matrimonii scd̃m q in fide xpi ptrahit. ¶ P. Quõ potest cõferri gratia in matrimonio. in quo actus carnalis cõsistit in quo viget concupiscentia ꝛ peccatu. H. At iam dixi in matrimonio gr̃a confert. Et vt hoc attendas. Scias tria bona esse in matrimonio q̃ excusant actum eiꝰ vt non sit peccatu: sed fides: ples: ꝛ sacramẽtu. Fides eni cõseruat vt in matrimonio reddẽdo debitu vel exigẽdo. ita q accedat quis ad suã ꝛ nõ ad alienã. Proles etiã est bonu matrimonii rõne finis vt inde ples educat ad cultu diuinu. Sacramẽtu etiam est tertiu bonu q̃tu ad iseparabilitatẽ. quia signu est coniūctionis xpi ꝛ ecclesie. ꝛ ista bona actu excusant ne sit vitiosu sed magis virtuosu. ¶ P. Nun qd carnalis copula est de essentia matrimonii. H. Quantu ad essentiã matrimonii scd̃m q matrimoniu est sacramentu carnalis copula nõ est de essentia matrimonii. quia aliter non fuisset verum matrimonium inter mariam et ioseph quod falsuz est quia verum fuit matrimonium. Quantum vero ad esse secundariuz scilicet esse completum: qui

per opera declaratur: carnalis copula est de essen
tia matrimonii. Et sic vt dictuz est cognoscere suã
virtuosum est ꝛ non peccatum. sed est meritorium
quando coniuges sunt in actu merendi scilicet in
caritate. ꝛ intentio recta fuerit in actu. scilicet ad
redendum debitum vel prolis generationẽ ¶ P.
Quia sponsalia precedũt matrimonium: ideo pri
mo de sponsalibus michi dicas ꝛ postea de matri-
monio de quibus efficiatur. R. Tam sponsalia ꝙ
matrimonium efficiuntur per verba de consensu
animorum sed differenter. Quia sponsalia fiunt
per verba de futuro vt dicendo: accipiaz te in meã
Et matrimonium fit per verba de presenti vt di-
cendo accipio te in meum. Et hoc intelligas sane
cum ꝯsensu animorum vtrorũqz cõiugum. Quia
licet verba prolata fuerint predicta et consensus
animorum defuerit vtriusqz persone vel ex parte
vnius sponsalia seu matrimonium non valẽt. sicut
inferius dicetur ca. sequenti. ¶ P. Quod modis
fiunt sponsalia. R. Quattuor modis. Primo nu-
da promissione. vt dicendo accipiam te. Secundo
datis arris sponsalitiis. sicut pecunia vel aliquo
alio. Tertio annuli sub arratione. Quarto iura-
mento interueniente vel fide. ¶ P. Nunquid spõ
salia sub conditione fieri possunt. R. Quãdoqz fie
ri possunt ꝛ quãdoqz nõ. Quia aliqñ ẽ honesta con
ditio qñqz inhonesta. Si honesta fuerit conditio
vt dicendo accipiam te si patri tuo placuerit vel si
dederis michi centum solidos ꝛ hoc pro te. Tunc
stante conditione stat promissio: ꝛ non stante con-
ditione non stat promissio. Si vero inhonesta

fuerit conditio hoc fit dupliciter. Quia aut est cõ
tra bona matrimonii vt dicẽdo accipiant in meã
si venena sterilitatis ꝓcures vel si te ad adulterã
dum exponas. Si nõ stat ꝓmissio nec tenẽt spon-
salia aut illa ꝓmissio vel cõditio inhonesta nõ est
contra bona matrimonii ⁊ naturam eius vt si di-
cat: accipiã te in meam si furtis meis consenseris:
vel hominẽ interfeceris. Sic tenent spõsalia ⁊ illa
conditio debet abici ⁊ tolli ⁊ pro nulla haberi. Et
quia ex conditione spõsalium obligatur quis alte
ri peccat mortaliter qui nõ soluit ꝓmissum nisi in
casibus exceptis a iure ꝓpter quod spõsalia semꝑ
sub cõditione fieri debẽt scꝫ scdm consensuꝫ ⁊ ordi/
natione ecclesie. ¶ P. Quod sunt casus qui diri/
miunt ⁊ dissoluunt sponsalia. S. Octo sunt casus.
Primus est quãdo alter ingredit religionẽ Secũ
dus est quãdo alter eorũ contrahit cum alia p ver
ba de pñsenti. Et in his duobꝰ casibus sponsalia sol
uũtur ipo iure. Tertius est quando alter eorum se
transfert ad regionẽ lõginquã ⁊ diu expectatꝰ seu
requisitus non reuertitur: statuto tempore ad ma-
trimonium contrahendum. Quartus est quando
alter contrahentiũ incurrit infirmitatem graueꝫ
que ipsum debilitat vt epilentiam vel paralesim
⁊ huiusmodi. aut difformitateꝫ vt abcisionem nasi
vel alterius membri necessarii: aut incurrit infir-
mitatem que est contra bonum prolis sicut lepram
que solet inficere prolem. Quintus quando alter
contrahẽtium fornicatur. Sextus est quando suꝑ
venit affinitas. scꝫ quando sponsus prius cogno-
uit consanguineã sponse: ⁊ econtra qñ sponsa co-

gnita ē a ꝯsanguineo spōsi. Similiter quādo reperitur inter eos cognatio spūalis. Septimus est quādo se ad inuicem absoluūt ab obligatione sponsaliū. Octauus est quando ꝯtrahētes spōsalia sunt minores etatis ꝙ sit tēpus determinatum a iure: ꝛ quādo perueniunt ad etatē legitimā dissentiūt vel alter eorū. In his tm̄ sex casib⁹ scd̄m iudiciū ecclesie. scȝ episcopi vel officialis seu archidiaconi sponsalia sunt soluēda. ¶ P. Quod tp̄s requiritur ad sponsalia ꝯtrahēda. R. Tempus septennii tam in viro ꝙ in muliere requiritur Nec ante tēpus illud tenent illorum sponsalia si per se aut per parentes facta fuerint. nec aliqua affinitas ex illis creatur nisi ad illud tēpus ꝑuenietes ea ratificauerint: qꝛ tūc valerēt. Unde postꝙ vir vel mulier primū septēnium attigerit pōt se per verba de futuro obligare nō tm̄ matrimonium ꝯtrahere. Qua mulier in duodecimo anno matrimonio pōt copulari ꝛ ad matrimonium pōt se obligare. Quia eo tēpore est apta generationi vir autē in decimoquarto anno. Tamen qn̄qȝ preuenitur tempus secūdum corporis eorū potentiam ꝛ aptitudinem ꝛ vsus rationis accelerationem. ¶ P. Nunquid copula carnalis subsecuta post sponsalia de futuro matrimonium facit. R. Si copula fuerit affectu maritali. ita ꝙ cuilibet copuletur cum suo: talis copula carnalis sequens sponsalia facit matrimonium verū. qꝛ per illam copulam exprimitur consensus de presenti qui verum matrimonium facit. Si vero copulentur carnaliter solum affectu fornicario illa copula carnalis post sponsalia non facit matrimonium

Sicut cum aliquis dat fidem mulieri eam ducēdi in vxorem solum ea intētione vt eam incarnaliter cognoscat. Si ex tali copula ꝯsensus defuerit nullum est matrimonium. In foro tamē exteriori vbi ecclesia iudicat de allegatis ⁊ apparētibus matrimonium esse iudicatur. Et si cū altera contraxerit cogetur cuꝫ prima redire quam si cognouerat. In foro tū conscientie ꝯsulendū est tali ꝙ cū secunda remaneat: quia est vxor propria ⁊ non prima: ⁊ ꝙ potius prius sustineat omneꝫ excōmunicationē ꝙ̄ ad primam reddeat ⁊ scdam dimittat. Et sic breuiter scias ꝙ carnalis copula post sponsalia de futuro si consensus defuerit nullū facit matrimoniū. Si vero affuerit ꝯsensus verū facit matrimoniū. Et hoc ad presens de sponsalibus sufficiant.

PEtrus. Post spōsalia: de matrimonio michi dicas. Et primo quot ad matrimoniū requiruntur. H. Duo ad matrimoniū requirūtur: scilicet ꝯsensus: ⁊ verba exprimētia ꝯsensum aiorū eorum qui matrimonialiter copulantur. ¶ P. Que sunt autem illa verba. H. Jam prius tibi dixi ꝙ illa sūt de presenti. vt dicēdo accipio te in meam vel accipio te in meū. ¶ P. Sufficit ne ꝯsensus vnius tantum ad matrimonium perficienduꝫ. H. Non quia matrimonium claudicare nō potest ideo nō sufficit consensus vnius tātum: sed mutus consensus vtrorūqꝫ. Unde remoto ꝯsensu vnius nubentium non est matrimoniū. licet alter ꝯsentiat quecunqꝫ verba de presenti ab vtroqꝫ proferant. ¶ P. Et si ille qui non consenserit: aliam ducat in vxorem. Nunquid primam potest dimittere ⁊ cum secunda

manere. R. In foro conscientie non potest cum prima manere: cum non sit eius vxor: sed potius cum secunda cum qua consensum habuerit. verũtamẽ in foro exteriori in quo ecclesia de apparentibus ꝛ exterioribus iudicat cogetur cum prima redire ꝛ secundam relinquere. Nec ecclesia in hoc iudicãdo decipitur licet decipiatur in facto. Ille tamen potius in hoc deberet omnem excõmunicationem sustinere vel ad partes extraneas fugere: ꝛ secum secundam ducere. cum qua cõsensum habuit ꝙ ad primam redire cum qua consensum non habuerit ¶ P. Quia dixisti ꝙ verba de presenti exprimentia ꝯsensum interiorem sunt de essentia matrimonii. Videtur ergo ꝙ muti contrahere non valeant nec illi qui seinuicem non intelligũt. R. In talibꝰ qui se adinuicẽ intelligere nõ possunt ꝓpter ydiomatum diuersitatem vel qui loqui non possunt signa pro verbis reputantur ꝛ in eis signa exprimẽtia ꝯsensum sufficiunt. ¶ P. Nunquid per verba aliorũ ꝙ nubentiũ seu per procuratores põt effici matrimonium. R. Si puella pro verecũdia taceat ꝛ parentes loquantur ꝛ ipsa verbis eorum non cõtradicat nec contradicere videatur. videtur eis consentire ꝛ computantur: verba parentũ pro verbis puelle ꝛ sic matrimonium efficitur. Similiter si aliqui potestatem sui consensus in procuratores posuerunt et consensus inter procuratores firmentur. Et nuntios: non contradicentibus illis pro quibus mittuntur anteꝙ dictorum procuratorum aut nuntiorum ꝯsensus firmiter verũ ẽ matri

moniū. Si tamen ꝓbabiliter sentiret ꝙ ambo vel alter eorū non cōsentiret priusꝙ̄ ꝓcuratores suum preberēt cōsensum nullū esset matrimoniū. ¶ P. Nunquid furiosi ⁊ amētes possunt cōtrahere matrimoniū. S. Circa tales furiosos scias ꝙ aut furia ꝑcedit matrimoniū aut sequit̄. Si sequat̄ matrimoniū nullomō dirimit matrimoniū iā ꝯtractū Si vero ꝑcedat furia matrimonium: aut furiosus habet lucida interualla ⁊ tūc licet nō sit tutū ꝙ̄ cōtrahat matrimoniuz eo ꝙ nescit educare ꝓlem. tū si ꝯtrahat verū est matrimoniū Si vero nō habeat lucida iteruallа: sȝ semꝑ in furia permaneat. cum vsuȝ rōnis non habeat per ꝯsequens nec ꝯsensum nō est matrimoniū. ¶ P. Nūquid ꝯsensus conditionat⁹ facit matrimoniū. S. Sicut dictū est supra de sponsalib⁹. qn̄qȝ facit ⁊ qn̄qȝ non. Quia conditio illa qn̄qȝ per verba de ꝑterito fit. aut de p̄senti aut de futuro. Si de presenti vt contraho tecum si sis virgo tunc stante conditione est matrimonium Et non stante nō tenet. Si vero de preterito vt dicendo. Contraho tecū si marit⁹ tuus sit mortuus: tunc stante conditione tenet matrimoniū: aut est conditio de presenti vt contraho tecum si sis virgo: tunc etiā stante cōditione tenet matrimonium Si vero conditio sit de futuro: si cōditio illa sit cōtra bona matrimonii nō tenet matrimoniū. vt dicendo accipio te si venena sterilitatis matrimonii procures. vel quia nunꝙ̄ debituȝ tibi reddā ⁊ huiusmōi. Si vero conditio de futuro sit pro alio fine inhonesto qui nō est cōtra bonū matrimonii vt dicendo. Contraho tecum si furtis meis consen-

tieris: talis ꝯsensus nõ ĩpedit matrimonium: cum talis conditio pro nõ adiectiua habeatur. Si vero conditio fuerit de futuro ⁊ necessaria vt si dicatur contraho tecuꝫ si sol oriatur cras tenet matrimonium qꝛ talia futura sunt presentia in suis causis. Si vero cõditio sit impossibilis tunc pro non adiecta habeṫ ⁊ tenet matrimonium. Si aũt fuerit contingẽs. vt dicendo. contraho tecũ si dederis michi centũ libras. vel patri tuo placuerit. tũc stante conditione stat ꝓmissio. ⁊ non stante non stat. vt dictũ est supra de sponsalibus.

